

Gv. 28 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-40.

SIGNAT. 1510 CCCXIII.

Constat 24 ge

DISPUTATIO ORDINARIA
De
IMPLETIONE
LEGIS

Opposita disputationi Bellarmini
de Veritate bonorum Operum, quam habet
lib. 4. de Justificatione à cap. 10.
usq; ad finem libri.

*Et publici exercitij gratia proposita in inclita
Academia Wittebergensi*

P R A E S I D E
F R I D E R I C O B A L D U I N O
Doctore, Professore & Superintendente.

R E S P O N D E N T E
M. B A L T H A S A R E F U R M A N N O
Wittebergensi, Collegij Philosophici
Adjuncto.

*Habebitur, volente Domino, add. 5. Novemb. horis
& loco solitis.*

WITTEBERGÆ,
Ex Officinâ Typographicâ Johannis Gormanni,
Anno M. D C. XIX.

1632
DISPUTATIO ORDINARIA

IMPIETIONE LEGIS

Opponisitio disputationis Bellissimissimae

Academie positionis Operum, de suis specie

et de suorum positione cap. 10.

Inductio et Propositio

Expositionis positionis Operum, de suis specie

Academie positionis Operum

Parte

FRIEDRICO BALDINIO

Dogmatis operum positionis operum

Ratione

MALTIANAE FIDUCIANO

Academie positionis Operum

ratione

Malteianae ratione positionis Operum

ratione

Malteianae ratione positionis Operum

ratione



DISPUTATIO ORDINARIA
De
IMPLETIONE LEGIS.
THEISIS I.

Bona Opera vocat Bellarminus *Justitiam*,
actualēm, vel, quod nostram coram Deo valen-
tem justitiam in operibus bonis consistere exi-
stimat: vel quod opera, & mandata, quibus præ-
cipiuntur, justitia Dei appellantur, El. 64, 6. Deus
27, 10. De his quatuor proponit quæstiones in-
Praefat. lib. 4. de Justific. nimirum, de necessitate; de
veritate; de merito; de perfectione honorum operum: tres priores libro
quarto & quinto de Justificatione pertractat: quartam in mem-
bro secundo quæstionis secunda attingit, & que de ea restant, cum
his ad libri de monachis & ad libri de distinctione peccati morta-
lis & venialis nos remittit.

Cum ergo splendidum sit bonorum operum nomen, quo ní-
hil facilius dici; nihil difficilius potest, opera pretium ju-
dicavimus, Bellarminianam illam de Bonis operibus dissertatio-
nem examinare, ut & fraus Romanensium dregatur, & convicias,
quæ hoc nomine plenis buccis in nostras effundunt Ecclesiæ, ad
autores suos remittantur. Cujus Rei initium fecimus jam suo tem-
pore, examine primæ quæstionis, quæ fuit de Necessitate bono-
rum operum.

Jam, bono cum Deo, à quo omne donum perfectum & o-
mne datum optimum, ad quæstionem secundam accedimus; cu-
jus statum ita format Bellarminus lib. 4. de Justif. cap. 10. *Utrum*
homines iustificari & gratia Domini adjuvante possint ita le-
gem diuinam implere, ut opera ipsorum non modo non sint ap-
pellanda peccata, sed etiā verè ac propriè iusta dicimereantur.

A 2

Et

Et hujus status generalem constituit titulum: *De veritate justicie operum*, cuius tractationem tribus assertionebus includit: Prima est, *legem Dei justis hominibus absolutè esse possibilem*, non quidem per solas vires liberi arbitrij, sed per auxilium gratiae Dei. Secunda: *Opera iustorum simpliciter & absolute justa, & suo etiam modo perfecta esse.* Tertia: *Operibus iustorum hominem vere justificari, non primâ sed secundâ justificatione, qua non facit iustos ex impijs, sed iustiores ex iustis.* Hæc omnia ad Impletionem Legis pertinent; sub quo titulo de singulis ordine videbimus in omnibus enim negativam tenent nostræ Ecclesiæ. Deus cæptis nostris clementer adspicit.

CAPUT I.

Quod de Impletione Decalogi hic agatur.

IV.
Lex Mosis usitatè distinguitur in præcepta, ceremonias, & judicia Deut. 6, 1. Paulus vocat *legem*, *lexem*, *legem* vero *dei* in Rom. 9, 4. Vulgò dicitur lex moralis, ceremonialis & forensis: Duæ posteriores species extra controversiam Christianos non concerniunt; erant enim privati tantum, & positivi juris in populo Judaico, quod gentibus accommodari non poterat, ut prolixè probat Eusebius lib. 1, demonstrat. Evang. 6, 3. unde & abrogandæ erant illæ leges in Nov. Test. quod Heb. 10, 1. in genere assertur, de ceremoniali in specie Col. 2, 16, de forensi vero Gen. 49, 10. De harum ergo legum impletione hic non agitur.

De lege morali, prout à Mose scripta & in Decalogo comprehensa est, queritur, an ejus impletio hic intelligatur? Ratio nem dubitandi faciunt: qui legem illam per Mosen non nisi Judæis, aliis vero gentibus minimè datam esse, contendunt. Inter quos est, Dominicus à Soto, qui lib. 2. de justitia & jure quest. art. 4. Christianos à tota lege scriptâ in libris Mosis liberatos scribit, non quid non teneant servare legem illam Mosis, ut est naturalis, & quatenus est in Evangelio, & epistolis Apostolorum.

1635.

renovatur, sed ut est ab ipso Moses scripta: quia Moses nos iam
obligare non posse, sed solus Christus. Christiani enim sumus,
non Judaei, referente Bellarmine lib. 4. de Iustificat. cap. 6. qui quidem
opinionem illam Sotii refutat, sed Gregorius de Valentia defendit tom.
2. disp. 7. punct. 7.

VII.

In eandem sententiam scribit Benedictus Perierius disp. 6. in cap.
2. ad Rom. num. 44. *Lex Mosis non alijs genti quam Hebraorum*
lata est, nec alios, nisi Hebraeos tantum obligabat. Quod ne de
legibus positivis, hoc est, ceremoniali aut forensi intelligas, mox
addit: *Sicut circumcisio, per quam fiebat initiatio quendam le-*
gis, & religionis Judaica, & professio atque obligatio universa le-
gis Mosaiica observanda, non obligabat alias ullam gentes, nisi so-
los Abraham posteros, neque gemilis peccabat, non recipiens cir-
cumcisionem Judaicam: itidem quoque dicendum est DE IPSA
LEGE MOSIS: quam suam assertionem D. Ambrosto opponit, qui
gentiles non credentes ideo reos futuros scribit coram Deo, quia
legem Mosis accipere noluerunt; in comment. super cap. 2. ad Romanos.

VIII.

Ab hac opinione non procul abesse videntur, qui Mosen le-
gislatorem Christianorum simpliciter & omnino esse negant.
Non equidem ignoramus: B. Lutherum interdum ita fuisse lo-
quutum: *Mosen legislatorem nullum, in explicari. 20. cap. Exodi tom.*
4. Jen. ger. fol. 496. 6. *Lex obligat Iudeos, non gentes;* in libello iuste fidei
die Christen in Mosen schriften solle, tom. 2. Jen. fol. 156. b. item Mo-
ses Iudaico tantum populo datus est, ad gentes & Christianos non pertinet;
cont. celest. Proph. part. 1. tom. 2. Jen. germ. fol. 41. a. &c. Sed hoc
non ita simpliciter intelligit, quasi Deus per Mosen decalogum
nobis Christianis omnino non dederit. Certe inter formulas lo-
quendi incautas resert D. Urbanus Regius, si quis dicat, *Decalogum*
non esse datum, ut eum obseruemus. Nam qui talia audiunt, nisi Paulum
exacte intelligent, non possunt non offendit. Statim enim cogi-
tant, in meditatione aut exercitio Legis ac bonorum operum non
esse versandum. Hac D. Regius in lectione Lutheri versatissimus,
in aurelo illo libellode Formulis caute loquendi. p. mihi 10. Non
ergo ita nude & simpliciter accipere da sunt Lutheri verba.

8. Sed.



Sed primum respectu solennis istius promulgationis in monte Sina, quam ad solum populum Hebreum, coram quo facta est, spectare, nemo negat. Quo sensu Lutherus scribit, Mosen decalogo suo notare tantum illum populum, quem duxit Deus ex Aegypto, in explicatione cap. 20. Exodi, & in instructione, quomodo cum Mose agendum sit, ait: *Lex soli populo Israelicito lata est, gentiles hic exclusi sunt (nimirum a promulgatione legis) quanquam & ipsi legem cum Iudeis communem habent, que naturaliter cordibus ipsorum inscripta, non autem caelitus audita fuit, sicut a Iudeis.* Vides hic Lutherum de legi auditu, hoc est, de solenni legis promulgatione agere,

Deinde Mosen legislatorem Christianorum non agnoscit, respectu rigoris, coactionis & damnationis, quia lex justo non est, posita, & *ne sit*, non premit, non urget, non damnat eum 1. Tim. 1, 9. Quo sensu super cap. 20. Exodi, cum scripsisset, nos praecettorum non habere ex Mose, addit: *Hoc autem ideo dico, ut occurram illis, qui Mosen omni violentia nobis imponere volant, cum omnibus praeceptis suis observandum: quod nequam faciemus, nisi quatenus cum lege natura consentit: legemus eum, ut doctorem alium LIBERE & NON COACTE, sed legislator noster non erit, (scilicet, qui cogit & urgeat nos ut Judeos extra Christum) nam in Nov. Test. sat legem habemus; nolumus ergo eum habere IN CONSCIENTIA nostrâ, sed illam Christo referimur puram.* Vides hic de coactione & rigore illo legis agi, ut & de accusatione, quae urgentur conscientiae extra Christum, quia nemo perfectissime & undiqueque absolutæ obedientia legis sibi conscient est. Eo sane respectu Moses Christianorum legislator non est, quia habent illi mandata Christi, quæ grayia non sunt 1. Job. 5, quia libero spiritu sunt, &, quæ desunt renatis, non imputantur, propter perfectam obedientiam Christi. Eodem modo scribit mox ab initio Explicationis illius capituli 19. & 20. Exodi: *Mosen ita proponendum esse populo, ut, cum mandat, urget, cogit, indeorum legislator maneat, nec obnerentur eo Christiani ad intricandas conscientias ipsorum: alter enim ad nos cum non spectare, quam quatenus cum lege natura consentit.* Ergo Moses cum suo decalogo non prorsus rejiciendus est a nobis, quia aliquæ ratione ad nos pertinet, quatenus nimirum regulas vite prescribit, hoc enim est, cum lege naturæ consentire. Sic in lib. 1. cont. cœl.

pro

prophetas scribit, se; cum contra Mosen disputat, conscientiarum libertatem a peccatis quareat: inquit semper urget Christum, & rejicit Mosen, quatenus ille non nisi cogere & damnare potest. Vide tom. 3. Ien. german. fol. 40. a. b. Et in explicat. cap. 20. Exod. tom. 4. Ien. ger. fol. 429. iterum scribit: Alium habemus doctorem, qui nequaquam cogit & terret, ut Moses, sed gratiam offert, donat & salvat, videlicet Iesum Christum. Vides hic, Mosen rejicit & Christianos ab eo excludit, non simpliciter, sed quatenus cogit, terret & damnat.

X.

Denique Lutherus interdum circumstantias quasdam Decalogi respicit, ut est illud de eductione filiorum Israël ex Aegypto, & ceremonias praeceptis moralibus annexas, ut est illud, de sanctificando Sabbatho, seu die septimo: quæ tantum usque ad Christum durare debebant, quo respectu decalogum ad Judæos tantum pertinere scribit l. d. in cap. 20. Exodi. Quod nos non negamus: sed ipsum decalogum in suis moralibus consideratum, Judæis tantum latum esse, inde non sequitur. Observanda enim hic est regula. In legi moralis, prout ea a Mose proponitur, multa sunt ceremonialia: moralia omnes obligant homines: ceremonialia tantum Judæos. Morale est in decalogo, quidquid convenit cum nostris naturalibus: quidquid in pleno usu reperiatur in Novo Testamento: & quidquid Propheta ostendunt etiam ad gentes pertinere: quæ ex his tribus non sunt, inter ceremonialia sunt referenda, & tantum ad Judæos pertinent. Quod

X.

Quod ergo B. Lutherus secundum quid & certo respectu dicit, id simpliciter afferendum non est. Legislator noster Moses est, 1. non respectu illius promulgationis solis Judæis factæ in monte Sina, quo sensu Paulus quicunque gentes legem habere negat Rom. 2. 14. 2. non respectu rigoris, coactionis & damnationis, quæ tangit omnes extra Christum. 3. non respectu circumstantiarum & ceremonialium nonnullorum, quæ ipsi decalogi præceptis adhaerent: sed respectu simplicis dationis, quæ omnes homines ad obedientiam Decalogi obligati: & sic omnes homines legem a Mose accepunt.

B. Nam

Nam 1. lex per Mosen data est, gratia per Jesum Christum sa-
 gra *Job. 1,17.* quæ sententia generalis est, ita ut quibus per Christum,
 gratia facta, iisdem etiam legem per Mosen datam esse, dicendum
 sit. 2. Lex non destruitur per fidem, sed statuitur *Rom. 3,31.* quod
 de lege per Mosen lata intelligendum; illa enim in Scripturis ab-
 solute lex appellatur. Ergo quorumcunque fides esse potest, iis er-
 iam lex per Mosen data. 3. Concupiscentiam nesciebam pecca-
 tum esse, inquit Paulus, nisi lex dixisset, non concupisces *Rom. 7,7.*
 Lex utique Mosaica seu decalogus: ex ea enim est agnitus peccati
Rom. 3,20. Si ergo decalogus non nisi Judæis datus est ipsisq; solos
 obligat, nemo etiam præter Judæos, concupiscentia peccatum es-
 se cognosceret; quod oppidum absurdum. 4. Necesse est, ut univer-
 sa doctrina Christiana sit in Scripturis comprehensa. Remittimur
 enim omnes ad legem & ad testimonium *Esa. 8.* Si ergo Moses cum
 lege a se scripta simpliciter ad nos non pertinet, ut Sotus vult; ubi
 quæso est altera pars doctrinæ Christianæ in Scripturis? Certè Pau-
 lus ait: *Quicquid scriptum est, in nostram (etiam gentilium) do-*
ctrinam scriptum est Röm. 15,4. 5. Deus praescribens nobis regulas
 & precepta, juxta quæ vivere debeamus, (siquidem colii non vult
 mandatis hominum) immediatè nobiscum non egit. Uis ergo
 est vel opera Mosis vel Christi. Hi duo enim mediatores sunt in
 domo Dei, per quos nobiscum agit *Heb. 3,3.* Jam vero Christum
 legislatorem, propriè sic dictum, nostrum non esse, defendimus
 contra Pontificios. Ergo certo respectu Moses legislator noster
 est. 6. Ut reliqua paucis contrahamus: Si lex Mosis, seu decalo-
 gus Christianis per Mosen non datus; non tenerentur implere de-
 calogum, nec peccare possent contra decalogum, nec puniri pro-
 pter transgressionem decalogi; quia quibus non est lex data, apud
 eos quoque non est obligatio vel prævaricatio legis: neq; fulmen
 illud Mosaicum; maledictus qui non permanet in sermonibus le-
 gis hujus, nec eos opere perficit *Deut. 27, 26.* ipsos tangeret: nec
 tandem per Christum à maledicto legis Mosaicæ recte redenti di-
 cerentur *Gal. 3,13.* quia, quos non tangit maledictio, ad eosdem
 quoque non pertinet redemptio.

163.

naturæ, quam etiam gentiles habent, quæ, quia mores hominum regit, moralis appellatur. Hoc enim non sufficit, nam scriptura docet, maledictu Legis Mosaicæ venisse super omnes, ad quos Christi pertinet redemptio; ut colligitur ex Gal. 3, 13. Et lex moralis, seu naturæ, à decalogo reipsa non differt, quod & B. Lutherus faretur, qui Decalogum Mosis, ipsam legem naturæ, locis allegatis, & disputat, cont. Antinom. th. 40. nominat; & Augustinus alicubi decalogum instauracionem legis naturalis vocavit; quæ instauratio, quare facta, hoc est, sur lex mentibus inscripta, in decalogo repetita, literisq; consignata futurit, ostendit in *comment. in cap. 2. ad Rom. part. i. quæst. 12.* Quicquid ergo propter transgressionem legis naturæ puniuntur, hi in effectu propter transgressionem Decalogi puniuntur, cum hæ duæ leges reipsa non differant, sed una sit alterius & declaratio & confirmatio.

XIV.

Nodum in scirpo quadrunt, si qui inter legem naturæ & decalogum reale discrimen constituant. Nam utriusq; legis præcepta idem habent objectum, quia omnia agunt de moribus; eandem habent formam, quia omnia honesta præcipiunt, turpia prohibent. In perfectione autem & perspicuitate quedam est differentia, quod lex naturæ jam post lapsum externam potissimum disciplina Decalogus interiores quoq; cordis motus informat, h.e. illa ad exteriorum peccatorum, hæc ad ipsius prava concupiscentiae agnitionem adducit Rom. 7,7. Unde August. alicubi scribit: *Peccator oblitus erat se, nec videbat se, ideo datura est lex, ut videret se.* Lex naturæ temporales tantum penas, decalogus etiam aternas minatur. Et hoc respectu vocatur lex Mosis virtus peccati 1. Corin. 15, 56. quia atrocitatem peccati ostendit, quam naturæ cognoscere non valemus. Quæ tamen omnia decalogum à lege naturæ realiter non distinguunt: nam magis & minus non diversificat speciem.

XV.

Sic & decalogus à lege moralis, non nisi externo quodam accidente differt, quod nimis ille certo præceptorum numero constat, hæc non item: alias propter convenientiam formalem pro synonymis semper habita sunt ab orthodoxis: nihil enim aliud continet decalogus, quam moralia, à quibus lex moralis nomen habet, quæ a numero præceptorum decalogus appellatur. Cum

B

autem

autem præcepta mortui non numeranda sint, sed ponderanda; non est, cur decalogum a præceptis mortui, eo quod plura sunt, quam decem, distinguamus: præsertim, cum hæc decem verba præceptorum omnium fontes sint, quæ divino vel humano jure circa mores dari queunt: unde veteres dixerunt, quia ~~de~~
~~xadda~~, quod omnia harmoniarum symphoniarumq; genera capi-
ant.

XVI.

Cæterum, quod gentiles in observatione legis non tantum ad legem naturæ, verum etiam ad decalogum remittantur, inde quoq; constat, quod cum in Scriptura præcepta morum nobis in-
junguntur, non legis naturæ tantum sit mentio, sed verba ex ipso
decalogo repertuntur. *Qui diligat proximum*, scribit Paulus ad gentes,
legem implevit, legem utiq; Mosis seu decalogum: ideo mox addit:
nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices; non concupisces. & si quod eis aliud mandatum, in hoc verbo instaura-
tur: *Diligens proximum sicut teipsum* Rom. 13, 9. quæ verba ex ipso Mose
petita esse, nemo negare potest: & argumentum non postremum
suppeditanum, quod decalogus etiam gentibus sit datus, eosq; ob-
liget. Quomodo enim implere possunt legem Mosis, si ei non
est data? Sic gentes remittit Apostolus ad legem Mosis: Eph. 5, Ho-
nora Patrem & Matrem, quod est mandatum primum in promissione. Pro-
missio illa non extat in lege naturæ, sed in Decalogo Exod. 20, 12.
Apostolus Jacobus etiam (a cuius epistola Christianos excludere
non possumus, licet Judæis per orbem terrarum dispersis expre-
ſe inscripta sit cap. 1, 1.) eos, qui moehantur & occidunt, transgres-
sores legis vocat cap. 2, 11, utique non tantum legis naturæ, sed per
Mosen datæ & in scripta relatæ, seu Decalogi, nam v. 8. dixerat: *Si
legem perficiis regalem, secundum Scripturam: Diliges proximum tuum, sicut
teipsum, benè facio.*

XVII.

Concludimus igitur, Deum etiam gentibus per Mosen de-
disse legem, seu Decalogum; ac proinde, cum de impletione legis
agitatur, non tantum de impletione eorum, quæ lex naturæ dicit, sed quæ in Mose scripta, & in Decalogo præcepta sunt, sermonem
esse. In quam sententiam D. Ambrosius scribit: Legi Mosis & Judæos,
obnoxios esse, dum non credunt, & gentiles, dum illis adjungere
se

1641

Se noluerunt, in cohererent. cap. 2. Epist. ad Romanos. Et Augustinus lib. quæst. super Num. quæst. 53. Ex aliqua parte lex observatur in fide Christianæ: ibi enim sunt etiam præcepta, qua hodieque observare jubemur Christiani. In enarratione Psal. 57. expresse scribit, legem omnibus extrinsecus scriptam, quibus divinitus fuit inscripta: Quia homines apponentes ea, quæ fons sunt, inquit, etiam à seipso exules facti sunt, data est etiam conscripta lex, non quia in cordibus scripta non erat, sed quia tu fugitus eras cordis tui, ab illo, qui ubiq; est, comprehendenteris, & ad te ipsum intro revocaris. B. Lutherus etiam propositionem illam Antinomorum Decalogum non pertinere ad Christianos: Mosen relegandū esse ad patibulum, nobis nihil cum eo esse negotiū; ut aperte falsam, damnat tom. 7. Jen. germ. fol. 291. b. Et disp. 5. cont. Antinomos th. 9. scribit: Nos ex terra Christum accipere legem, hoc est, literam nondum impletam, & tamen necessariā à nobis implendam. Unde liquet, Lutherum non simpliciter, sed certo respectu, Mosen legislatorem nostrum esse, negasse, in locis supra allegatis: qui respectus paulo antea fuit explicatus. Sed sa-
cis de primo Capite, in quo Bellarmine à nobis non dissentit.

CAPUT III.

Quod Lex Dei justis hominibus non sit ab-solutè possibilis?

XIX.

Antequam ad probationem hujus theses accedam, remo-venda sunt, quæ in questionem non veniunt. Non ergo queritur de Christo, qui justorum hominum est justissimus, seu, ut Daniel eum vocat, Sanctissimus, cap. 9. Is enim, quin perfectè legem im-pleverit, nemo dubitat; in mundum enim venit, Non salvare, sed im-pleare legem Matth. 5. quin & oportuit, cum omnem implere iudicium Matth. 3. 15. Nec queritur de hominibus ante lapsum, qui justi fuerunt conditi, & legi Dei perfecte satisfacere potuissent: Sed (ut Augustinus loquitur in Euchir. cap. 30.) homo male uenit libero arbitrio, perdidit & se, & ipsum. Verum de hominibus natura sua corruptis per Christum aurem iustificatis, loquimur, quos iustos vocat Scriptura Psal. 33. 1. Lut. 1, 6. 1. Timoth. 1. 9. Partim quia iustitia CHRISTI induit 6. 1. 6. 10. Partim quia iustis operibus pleni. Alibi populus sanctus, redempti a DOMINO dicuntur Eze. 62. 12.

B 2

Deinde



Deinde non queritur de impossibilitate absolutâ; an secundum Dei potentiam etiam simpliciter sit impossibile, ut renatus hac in vita per Dei gratiam sit absque peccato. Hic enim & nós possibiliterem legis agnoscimus; sed alia est quæstio, quid Deus in justis per potentiam suam posse; alia quid ab hominibus justis peccato adhuc contaminat præstet. Ibi vero responderet Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis cap. 7. Si queratur, utrum in hac vita aliquis sit sine peccato, esse non credo: magis enim credo Scripturam, ubi Sancti vox est: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipso seducimus, & veritas in nobis non est. Quæstio etiam non est, an justi per gratiam Dei aliqua facere possint, quæ Legis sunt; hoc enim libenter concedimus, ideo superiore disputatione probavimus opera legis renatis esse necessaria. Sed nec hoc in quæstione est, an possibiliter legis sit quoad conditionem hujus vitæ. Ita enim disputavit olim quidem Andradius, Deum ea solum præcepisse, quæ præstare divini viribus adjuti securum vita hujus conditionem possumus, & Franc. Coslerus in Enchir. cap. 4. Ad præceptorum observationem obligamus, inquit, non ad eorum perfectionem: satis enim est, si ex caritate rem ipsam præstamus quæ mandatur, tametsi perfectius ea præstari posse. Sed quod absurdum hoc sit, vel ex eo saltem appetat, quod maledicuntur omnes, qui non observaverint omnia simpli- citer, quæ scripta sunt in libro Legis Deut. 27. Idcirco hanc senten- tiam pro derelicta habemus.

XIX.

Manet ergo verus controversiæ status iste: *An Renatorum operabona in hac vita perfectâ impletione legi divinae sati faciant?* Affirmantem tenent Pontificij, & secus docentibus anathema dicunt Can: 18. Concil. Trident: Sess: 6. Negativam nos probamus Scripturis, ra- tionibus, & autoritate patrum.

XX.

In Scriptura primum locum obtinent ea dicta, quæ omnes homines, etiam justos & renatos peccato subjiciunt, e. g. Non est ho- mo justus super terram qui non peccet 1. Reg. 8, 46. Ecd. 7, 21. 2. Paral. 6, 36. & : Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus 1. Joh. 1, 8. si vero peccatum adhuc habemus, utiq; perfectionem legis integrum habere non possumus: est enim peccatum transgressio legis 2. Joh. 3, 4. Sic ibidem dicit Apostolus Johannes: Si dixerimus, quod non

1643.

*nōn peccatum, mendacem facimus eum, I. Ioh. 1,10. qui verò mendacem
facimus Deum? quia nimis irum is de justis hominibus post diluvium
dixit: *Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescen-
tia sua*, Gen. 8,21. Si ergo & justi homines inclinant ad malitiam.
utique exacta legis perfectio eis tribui non potest. Nam lex etiam
inclinationem illam ad mala prohibet praecepto de non concipi-
scendo: Si quis autem totam legem servarit, offendat verò in uno,
factus est omnium reus, Iac. 2,10.*

XXI.

Secunda Classis dictorum Scripturæ ex iis locis petitur, in quibus summa Legis Mosaicæ perfectio describitur: ex: gr: Diliges Domum tuum in ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua; Deut. 6,5. Et, Diliges proximum tuum sicut te ipsum Lev. 19,18. In his duobus mandatis tota lex pendet & Prophete, inquit Salvator Matth. 22,40. Jam verò nemo est, qui Deum ita dilexerit, prout in lege præcepit: unde alias dissidentia & impatientia in sanctis? & certum est, nos Deum hanc in vita non rectè & perfectè agnoscere, nam in speculo videmus & per enigma. Cor. 13, quomodo ergo eum perfectè amabimus? Nec quisquam proximum ita diligere potuit, sicut seipsum, præfertim inimicum: ad hunc enim lex illa etiam pertinet, interprete Christo, Matth. 5,43.

XXII.

Terria Classis earum Scripturarum est, quæ ostendunt, in renatis non saltem Spiritum, sed & carnem esse, & inter ista duo perpetuam luctam: quam diu autem ista lucta durat, nulla potest esse legis perfecta impletio. Ita Paulus in genere de renatis scribit Gal. 5,17. *Spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis non perficietis: nam caro concupiscit adversus Spiritum; Spiritu adversus carnem &c.* & de se in specie dicit Rom. 7,14. *Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccatum.* Hinc alibi scribit, τὸ Φεγγοῦς οὐενός, quod etiam in renatis est, inimicitiā esse adversus Deum, & legi ne quidem posse subjici.

XXIII.

Quarta Classis petitur ex perpetua querela Sanctorum de sua imperfectione; Quoties enim remissionem peccatorum petunt, toties legem à se non impletam fatentur: Id verò de sanctis omnibus

B 3 bus

bus in genere dicit David psal. 32, 8. Pro hac (remissione peccatorum) prabit regomnis Sanctus: Et psal. 19, 13. Delecta quis intelligit, ab occultis munera me Domine. Et sapissimum suorum peccatorum remissionem rogat psal. 38, 143. &c. Elalias etiam agnoscit pollutionem suam Esa. 6, 5. Vnde mihi, quia tacui, quia vir pollutus sum labii, & in modo populi pollutionis labii habito: & cap. 64, 6. expresse scribit de se & omnibus renatis: Sumus & immundi omnes nos, & tanquam vestimentum immundum omnes unctione nostrae. Paulus de se prolixam instituit querimoniam Rom: 7, 18. quod velle quidem habeat, perficere autem bonum non inventiat. Petrus etiam in statu obedientia novae constitutus se peccatores vocat: Exi a me Domine, quoniam homo peccator ego sum Luc. 5, 8. Quin & universalis est querela de omnibus Prov. 20, 9: Quis potest dicere, mundam est cor meum mundus sum a peccato? In his omnibus Scripturæ dictis nemo est, qui non videat, etiam renatis perfectam legis impletionem derogari.

XXIV.

Quinta Classis ex eo colligitur, quod justificatio coram Deo hominum etiam renatorum operibus simpliciter praeceditur, ut psal. 143, 2. Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, & Galat. 3, 21: Si data fuisset lex, qua justificare posset, vere ex Lege esset justitia: sed conclusa Scriptura omnia sub peccata, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Jam vero vox Scripturæ legalis est: Facientibus legem dare vitam aeternam, Levit. 18, 5. Luc. 10, 28. Unde sequitur a nullo hominum impletam esse legem, alias vel unus ex lege fuisset salvatus. Huc pertinet & illud, quod ad Gal. 3, 10. scribitur: Qui ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt, cur sub maledicto? nisi quod perfectam legi obedientiam non praestent: alias sub benedictione essent, quæ servantibus legem promittuntur.

XXV.

Sexta deniq; Classis ea continet Scripturæ dicta, in quibus expresse impossibilitas illa legis adstruitur. Ita Paulus scribit, quod Filius Dei praestit in assumta carne, id impossibile fuisse legi, quia infirmatur per carnem Rom: 8, 3. & Petrus Act: 15, 10. Quis tentans Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod nego, patres nostri neque nos portare potuimus? Loquitur autem de jugo Legis Mosaicæ, quod fidelibus imponebatur a Pharisæis & Pseudoapostolis.

26. Ad

XXVI.

Ad hanc Scripturæ dicta accedunt insuper rationes, quæ imperfectam legis obedientiam etiam in Rebus probant: Primam rationem suppeditat adventus Christi in carnem. Venit autem is, ut implete legem *Matth. 5, 18.* non autem sui gratia, est enim Dominus legis, sed propter nos, quibus lex lata erat: & hæc fuit obedientia Christi activa; quia defectum obedientiae nostræ supplevit: Si vero nos ipsi perfectè satisfacere possemus Legi, frustra venisset Christus in carnem. Jam vero potissimum finis adventus illius fuit, ut satisficeret legi, & implerent omnis Justitia Dei. Ergo nos non possumus perfectam præstare legi impletionem. Hinc & illud Pauli: *Quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum missus in similitudine carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis implereetur in nobis Rom. 8, 2.*

XXVII.

Altera ratio petitut ab effectu peccati. Omnes homines sunt mortales *Roman. 5, 12.* & sancti etiam constitutum est semel mortuus *Hebreor. 9, 27.* Ergo omnes homines, ne quidem sanctis exceptis, sunt peccatores: nam per peccatum transiit mors in mundum. *Roman. 5,* & stipendum peccati mors *Roman. 6.* si peccatores, Ergo non perfectè implerent legem: quia legem implere & transgredi sunt opposita.

XXIX.

Tertia à periculo, quod inde imminent renatis. Nam si perfectè implerent legem, fieri non posset, quin superbè se extolleret ingonium humanum, siquidem in hypocritis videmus, qui vix aliqua, quæ legis sunt præfiterunt, quam elato sint animo, & quomodo sibi majora etiam arrogent ultra ea quæ præcepta sunt. Quin & corruptæ naturæ inhæret ejusmodi bonorum operum placentia, qua homo super alios efficitur: quæ ipsa arrogantia & superbia non leve indicium nostræ imperfectionis est. Hinc est illud Bernhardi Ser. 50. in Cant: *Mandando impossibilia non prævaricatores homines fecerit, sed humiles, ut omne os obstruantur, & subditus fiat omnium mundus Deo.*

XXIX.

Denique accedit testimonium Augustini in lib. *Retractat.* cap. 91.
Omnia

Omnia mandata Dei facta putantur, quando quod non sit, ignoratur. Agnosci ergo Augustinus hominem renatum legem servare perfecte non posse, & tamen ejus in coartam obedientiam pro perfecta proper Christum reputari. Et in lib: do Spir: & lit: cap: 36. per hoc quantum mihi videtur, in ea que perficienda sit iustitia, multum in hac vita esse proficit, qui quam longe sit a perfectione iustitiae, proficiendo cognovit: Et ibid: Ad illam vitam jam immortalem pertinet, Diligas. Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; ad hanc autem: non regni peccatum in vestro mortali corpore: ad illam non concupisces; ad istam post concupiscentias tuas ne eas. Docet ergo Augustinus Legem de diligendo Deo & non concupisendo in hac vita impleri non posse. Idem habet Epist: 200. ad Aselium: Hoc lex potuit, dicendo: Non concupisces, non quod hic valeamus, sed ad quod proficiendo tendamus. Augustino adstipularunt Bernhardus Serm: 50. in Cam: Caritatis initium quidem perfectam vitam quoque presentem experiri divinâ posse gratia non negamus: sed plane consummationem defendimus future felicitati. Quomodo ergo jubenda fuit, que implenda nullo modo erat? Aut si placet tibi magis de affectuali caritate datum fuisse mandatum, non inde contendeo, dummodo acquiescas & in me, quod minime in vita ista ab aliquo hominum possit vel potuerit adimpleri. Quis enim sibi arrogare id audeat, quod se Paulus ipse auctor non comprehendisse? &c.

CAPUT III.

De Exceptionibus Bellarmini ad argumenta precedentia.

XXX.

Cap. 14. libri quarti de Justificatione conatur Bellarminus solvere objectiones haeticorum, ut ipse loquitur, sed nihil minus facit, quam solvit: unde manifestum est, non esse haeticorum objectiones, sed argumenta solida Ecclesiæ verae Catholicæ, fundamentis Prophetarum & Apostolorum superstructæ. Quod ut clarius fiat, ordine videbimus, quid ad classem unam atq; alteram nostrorum argumentorum (omnia enim non attigit) reponat.

31. Igi-

Resp. ad cap.
14. lib. 4. de
Iustific. Bel-
larm.



XXXI.

Igitur, quod primam classem attinet; ad illa Scripturæ dicta,
quibus ostenditur, etiam justos peccatum adhuc habere, respon-
det: *Peccata illa in Sanctis esse venialia, nec peccata simpliciter, sed imperfe-
ctio, & secundum quid, negare esse contra legem*, quam distinctionem affert
ex Thoma in 1. 2. quæst. 88. art. 1. Respondeo: Quod peccata in
Sanctis venialia sunt, libenter equidem largimur: quod autem pec-
cata venialia propriè non sunt peccata, nec contra, sed præter Le-
gem, falsissimum est. Nullum enim peccatum naturâ suâ veniale
est, neque dari potest peccatum, quod non sit contra Legem:
omnis enim *āmōnia avulsa 1. Iob. 3.* Lex autem accusat & damnat
omnia peccata, quæ licet minimæ videantur in oculis nostris, in
oculis tamen Dei satis magna sunt, quia violant justitiam ejus. Si
quæras, ubi Lex prohibeat peccata venialia? Respondeo, in præ-
cepto ultimo, *Non concupisces.* Concupiscentia ergo etiam in actum
non prorumpens, peccatum naturâ mortale est: affert enim mor-
tem & æternam condemnationem, quam Lex minatur omnibus
suis transgressoribus. Fit autem veniale peccatum, quando repe-
ritur in persona cum Deo reconciliata: ibi enim tegitur justitia
Christi. Et sic non peccati quantitas, sed Dei remittentis pec-
cata bonitas & misericordia peccatum veniale facit. Habet ergo
homo cum Deo reconciliatus propriè sic dictum peccatum: &
gamen justus & sanctus est, quia peccatum illud à Deo non impu-
tatur: in altera vita etiam justus & sanctus erit, sed sine pecca-
to. Unde sequitur, perfectionem Legis non esse hujus vitæ, sed
alterius seculi. Ubi enim peccatum adhuc locum habet, ibi exu-
lat perfectio. Nota hic, quod Bellarminus lib. 5. de amiss. grat. & sta-
tu peccati cap. 11. ad locum Johannis, si dixerimus, quod peccata
non habemus &c. responderet: *Posset fieri, ut saltem ad breve tempus ali-
quis careat omni peccato etiam veniali.* Hoc vero est os obtundere
Spiritui sancto. Idcirco erroris sui pœnitudine ductus, hic aliam
excogitavit responsionem, sed ejusdem futilitatis cum priori.

XXXII.

2. Ad dicta de summa *āmōnia* Legis, *Diliges Dominum*
DEVM tuum ex toto corde tuo &c. hic quidem nihil habet: remittit
autem nos ad lib. 2. de Monachis cap. 13. & ad lib. 2. de peccato orig. cap. 10.

C

ibi

Ibi vero nihil aliud agit, quam ut ludat Deum & fallat homines.
 Haec enim sunt ejus emblemata, quibus hanc totius Legis sum-
 mam exornavit: 1. Deum diligere ex totis viribus, & ex toto cor-
 de, non significare omnes vires & actus cordis, sed tantum pro vi-
 ribus amandum esse Deum praecipuo amore, quia conclusivæ,
 omnis & totum, in Scriptura saepè particulariter usurpantur. 2. Esse
 hoc præceptum affirmativum, quod non ad omne tempus obli-
 get, sed tantum, quando id necessitas gloriae ejus procurandæ re-
 quirit. 3. Præceptum hoc saltem dari, ut moveat nos, non autem
 ut impleatur, idecirco licet non impleatur, non tamen facere præ-
 varicatores. 4. Peccata venialia & motus cohupiscentiae invo-
 luntarios etiam rerum gravissimarum, ut infidelitatis, blasphemie-
 mia, adulterii &c. non adversari huic præcepto. 5. Hoc præcep-
 tum perfectè in hac vita servari posse, quia Scriptura dicit esse
 hoc præceptum facile, Deut. cap. 10, 12: 13, 3. Luc. 10, 24. & promisit
 Deus se facturum, ut tempore Novi Testamenti diligatur in toto
 corde & tota anima, Deut. 30, 6. Ier. 24, 7. quia denique multi hoc
 mandatum impleverint, quemadmodum de Davide legitur 1. Reg.
 14, 8. de Josia 2. Reg. 23, 25. &c. Stapletonus lib. 6. de justific. cap. 10. &
 Gregor. de Valent. lib. 3. de votis cap. 3. scribunt: *Præceptum diligendi*
Deum ex tota mente doctrinale esse, non obligatorium. Similia haber-
 Francis Toletus lib. 4. de instruct. sacerdotum. cap. 9.

XXXII.

Ad haec singula paucis respondendum est. Ad 1. dico: Non
 dicit, vel Moses, vel Christus *pro viribus*, sed *ex omnibus vi-
 ribus*, omnes includens animæ potentias, quibus Deus diligitur,
 ita ut omne scire, velle & posse nostrum ad Deum referatur, quod
 non tantum August. lib. 1. de doct. Christ. c. 22. Bernh. ser. 20. in Cant.
 Anshelm. in c. 22. Matth. sed & Thomas 2. 2. quæst. 44. art. 5. & Lomb. l. 3.
 sent. dist. 27. c. 2. observavit. Totum n. hominem Deus sibi destina-
 vit, tanquam ad gloriam gratiae suæ conditum. Proinde etsi exclu-
 sivæ particulae alibi restringantur ad certa speciem: in hoc tamen
 præcepto si idem fieri dicitur, vel ex puris particularibus proce-
 ditur, vel principium petitur. Ad secundum: falsum est, quod
 Deus hoc præceptum non omni tempore exigat ab homine. Etsi
enim quoad exercitium, dilectio non singulis momentis ad Deum
refer-

1649.

refertur, tamen quod ad habitum & finem semper ipsum respicit.
Idcirco omnia ad gloriam Dei facere jubemur. 1. Cor. 10. Unde sequitur, quando & parentes & amici diliguntur, ipsum Deum diligi, qui & dilectionem illam praecipit, & ad cuius honorem tendit. Ad 3, impium est dicere, praeceprum ullum a Deo dari, quod non debeat impleri, sed movere saltē : quorsum enim illud Deut. 6, 1. Huius praecepit DEUS, ut FACIAS? idcirco non facientibus maledictio expectanda est, juxta illud Deut. 27, 26, Coloss. 3, 10. Maledictus, qui non fecerit omnia verba hujus Legis. Eandem ob causam nullum dari potest praceptum, quod non obliget, sed tantum doceat. Ad 4, falsum est, quod de peccatis venialibus & de motibus concupiscentia adseritur. Omnia enim haec sub τὸν ἀροτρὸν titulo comprehenduntur : Ergo sunt transgressiones Legis, & per consequens contra summam Legis de diligendo Deo ex toto corde. Et ipsi certe motus concupiscentia pravae in postremo pracepto prohibentur, ferunturque contra praceptum de diligendo Deo, licet voluntatis adsensus non accedat. Praeceprum enim illud non modo voluntatem obligat, sed & potentias animae rationalis simpliciter omnes. Ad 5, quod nullum praceptum perfecte impleri possit, supra probavimus. Et certe est haec vox, praceptum de diligendo DEO in hac vita perfecte servari posse, impiam in Christum, qui solus hoc gaudet privilegio, quod Legis fit impletio, Rom. 10, 4. Falsum autem est, quod Scriptura uspiam dixerit, Legem hanc de diligendo Deo esse facilem, jam post lapsum : contrarium enim dicit, quia infirmatur per carnem, Rom. 8, 3. Scriptura autem sibi ipsi non est contraria. In locis autem a Bellarmino laudatis nihil aliud habetur, quam quod Deus partim debitum ab hominibus exigit, ad quod Lege fuerant obstricti, quod fit Deut. 10, & 13. Luc. 10, partim majorem gratiam Spiritus sancti in N. T. promittit, quod fit Deut. 30, & Ier. 24. nuspia autem totalem & undique perfectam Legis impletionem promittit : quam ex hisce locis extorquere velle satis stolidum & ineptum fuerit. Ad 6. Exempla, qua afferuntur, nihil concludunt. Nam David & Josias dicuntur Deum secuti toto corde suo, totalitate partiū non graduum h. e. studuerunt Deo in omnibus partibus officii sui obedire, et si undi quaquam perfectam obedientiam, ob imbecillitatem carnis sua, ad Legum non potuerunt, nam & ipsis lex Mosis jugū fuit impetrabile, Actor. 18.

C 2 et quod



Et quod Josias in primis juxta omnem Legem Mosis fecisse diciatur, id non ad absolutam Legis moralis obedientiam referendum est, sed ad reformationem Ecclesiæ, in qua nihil neglexit, quod hoc in genere Moses in Lege præcepit. Alias constat, Davidem & Josiam gravissimis peccatis se quoque polluisse; Davidem quidem iracundiâ, 1. Sam. 25. homicidio, & adulterio, 2. Sam. 12. Josiam verò inutili bello contra Ægyptios, in quo & sibi & populo suo præsentissimum periculum accersivit. 2. Paral. 35. 21.

XXXIV.

Quod si dixeris, si hæc interpretatio de totalitate partium vera est in his exemplis, utique & locum habebit in ipsa Lege, ita ut diligere Deum jubeatur homo secundum omnia præcepta, licet non ex perfecto corde fieri queat: respondendum est: Totalitatem illam cordis aliter considerari in præcipiente DEO, quam in obediente homine. Deus quemadmodum perfectus est absolutè, ita & absolutam perfectionem & totalitatem requisivit ab homine, quem ad imaginem suam condidit, & cui vires illius perfectionis lufficentissimè dedit. Idcirco jam quoque post lapsum jure, quod suum est, repetere & exigere potuit. Homo verò prout ipse imperfectus est in renovatione sua, ita etiam imperfectè diligit Deum: ac proinde totalitas & perfectio, quæ Sanctis in Scriptura tribuitur, secundum subjecti sui modum intelligenda est. Eadem enim Scriptura, quæ homines sanctos & perfectos vocat, eosdem etiam carnales nominat, secundum alium considerandi modum, 1. Cor. 3. 3.

XXXV.

3. Ad tertiam & quartam classem argumentorum nihil habet Bellarminus, quod reponat, nisi quod ait, non esse peccatum, sentire carnalem concupiscentiam, quod autem Sancti propria tantopere conqueruntur, inde esse, quod nolint eam sentire. Et in partem infelicitatis sua ponant, quod coguntur etiam nolentes carne servire Legi peccati. Verum enim verò Lex arguit carnalem concupiscentiam ut peccatum, & D. Paulus facta carnis mortificare, & concupiscentię non obediare jubet, Rom. 8, 13: 6. 12. gravissimè etiam reprehendit Corinthios, quod carnalia desideria sentiant, hoc enim vocat carnalem esse, à carne nonaunquam abripi contra Spiritum: cum sit inter nos
Zelus

1651

zelus & contentio, inquit, nonne carnales es tu & secundum hominem ambulatis? 1. Cor. 3, 3. D. Petrus etiam abstinere jubet a carnalibus desideriis, quae militant aduersus animam, 1. Pet. 2, 11. Quicquid ergo a Lege arguitur, ab Apostolis mortificari & vitari jubetur, graviter etiam reprehenditur, id est peccatum. Talis est carnalis concupiscentia, ut ex dictis constat: Ergo peccatum est, & per consequens qui eam sentit, peccatum sentit. Sancti ergo ob inhabitans sibi peccatum conquisi sunt, & haec omnino infelicitatis terrena pars erat non postrema, quod sibi tam perfectis esse non liceat, ut jugum illud carnalium desideriorum prorsus excutiant. Relinquantur ergo dicta utriusque classis pro imperfectione hominum immota, pleraque etiam intacta.

XXXVI.

4. Ad dicta quintae classis etiam ferè nihil excipitur: nisi ad locum Gal. 3, qui ex operibus Legis sunt, sub maledictione sunt, de quo dicit Bellarminus, Apostolum non ideo maledictioni subjicere eos, qui ex operibus legis sunt, quod perfectè legem implere non possint, sed quia sine fide & gratia, suis tantum viribus, totam Legem servare & eo modo justificari querunt. Sed quod haec interpretatione falsa sit, facile ostendit potest. Primum enim nuspiciam Paulus ita distinguit, quod, qui ex fide & gratia Legem implentes, salventur, qui vero ex propriis viribus id facere ausint, maledicantur, sed simpliciter maledictioni subjicit eos, qui ex Lege salvari cupiunt, quocunq; modo facere hoc audeat. Idcirco *αποιηημένως* opera & gratia in negotio justificationis opponit, Rom. 11, 6. Si ex gratia non ex operibus alias gratia non esset gratia. Ex Bellarmino dicendum fuisset: si ex gratia est justitia, utique etiam ex operibus, quae gratia Dei in nobis operata fuit. Deinde certum est, scribere Apostolum ad renatos: nam Galatæ, annotante Theodoreto, ad minimum sex annis ante, quam hanc acceperunt Epistolam, conversi fuerunt. Non ergo potuit opera bona sine gratia & fide facta intelligere: talia enim non sunt in renatis. Relinquitur igitur, etiam renatos, si ex operibus justitiam querunt, sub maledictione esse, nullam certè aliam ob causam, quem quod perfectè Legi non satisfaciunt.

C 3

5. Ex



Act. XV. 10.

1652.

XXXVII.

5. Ex sexta classe, unicum saltem arrodit, quod ex Act. 15, adducitur, Quia tentata Iudee jugum super cervices &c. quod dictum non nisi de Lege ceremoniali loqui prolixè probare conatur. 1. Ex occasione illorum verborum, quæ orta fuit ex contentione discipolorum quorundam dicentium oportere gentiles conversos circumcidere, & Mosis Legem omnino servare: ergo de circumcisione & aliis id genus ceremoniis Petrus in isto concilio locutus fuit. 2. Ex decreto illius concilii: visum est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam haec necessaria, ut abstinentis vos ab immolatis simulacrorum, à sanguine, suffocato, & fornicatione. Necessaria autem erant ex Lege ceremoniali, non ex morali, alias sequeretur, necessarium non esse Christiano, non colere idolæ, non mochari, non furari, non occidere, &c. 3. Ex summa decretri & verborum Petri. Voluerunt enim removere jugum Legis à cervicibus discipolorum, per quam intellexerunt non liberationem à Lege morali, quæ nunquam aufertur, sed ceremoniali, cuius obligationem per Christum omnino sublatam esse declararunt.

XXXVIII.

His exceptionibus opponimus nostras rationes ex textis petitas, quibus probamus, quod Petrus agat illo dicto non tantum de ceremonialibus, sed de omni Lege Mosis, ex quibus simuli responsiones peti possunt, & quidem nullo negotio ad exceptiones istas. Et 1. patet id ex vers. 1. istius capituli: *Dicentes fratres inquit Lucas, nisi circumdameris secundum Mosis morem, non potestis servari.* Quæstio ergo erat de ea Lege Mosis, ex qua sperabatur salus: sed potissimum ex morali salus sperabatur. Ergo non saltem de ceremoniali; sed & de morali erat quæstio. Et hinc petenda est reponit ad primam exceptionem Bellarmini: non autem negamus Petrum de circumcisione & aliis ceremoniis locutum fuisse, sed de illis non solum egit, quod ex sequentibus adhuc liquidius erit. 2. Altera ergo probationis nostræ ratio petitur ex verbo 3. Serregerunt quidam dientes, quod oporteat eos circumcidere, hoc unum erat postulatum; & præcipue illi, ut servirent Legem Mosis; hoc



fit; hoc erat alterum: ubi certè non de solis ceremoniis, sed de
omni Lege Moysis agitur. Hæc enim erat prima illa contentio:
an iustitia Christi per fidem apprehensa sufficeret ad salutem, an
vero in super Legis observatio sit necessaria. 3. Constat idem ex
versu 7: ubi Petrus dicit, se a Deo electum, ut prædicaret genti-
bus sermonem Evangelii, cuius summa erat, iustificari per
fidem. Huic autem doctrinæ contradicebatur in Concilio à con-
versis Pharisæis, urgentibus impletionem Legis unâ cum cir-
cumcisione. 4. Si de solis ceremoniis quæstio fuisset, sufficeret
hæc unica instantia, quod Deus gentiles ad circumcisionem &
similes ceremonias non obligavit, sed tantum Judæos: alii ve-
rò ad Judaismum accendentibus liberum permisit, utrum cir-
cumcisionem suscipere vellent, ut constat ex Genes. cap. 17, &
Exod. 20. 5. Probatur lex versu 28 quando nimis absten-
tiam ab espij dolothytorum, à sanguine, à scortatione vocatione ne-
cessariam. Ea enim necessitas est partim ex Lege ceremoniali, ut
duorum priorum partim ex Lege moralis, ut posterioris. Ergo non
de sola ceremoniali Lege agit. Quod autem gentibus illa, quæ
Legis ceremonialis erant, dicit necessaria, cum tamen eis lata Lex
illa non sit, id certo respectu factum est, non quatenus ceremo-
nialia erant: eatenus enim jam adventu Christi in carnem sublata
& emortua fuerint: sed quia suum adhuc peculiare usum ha-
beant, donec synagoga Judaïca cum honore sepeliretur. Prä-
scribentur igitur gentibus, non ut pars cultus divini, quemad-
modum in V. T. sed ut facilior esset gentilium cum Judæis con-
versatio. Et hac simul est responsio ad secundam Bellarmini
exceptionem. 6. Probatur ex versu 10: ubi Petrus agit de tali
jugo gentibus conversis non imponendo, quod portare non po-
tuerunt majores eorum: tale autem jugum est Lex moralis, quæ
omnibus hominibus est impossibilis: ceremonialia autem quæ
in externis consistebant, servari poterant, teste Domino, Esai. 1.
Psal. 50. Est autem Lex moralis jugum, non ratione obedientia, sed „
ratione perfectionis suæ. Ab hoc jugo per Christum liberati
sumus, non quod Deus perfectionem istam non exigat, sed quod
imperfectio nostra non noceat, quia perfectissima CHRISTI
obedientia defectum nostrum supplevit: unde responsio ad
tertiam

tertiam rationem Bellarmini facile peti potest. Respondet Bellarminus: vocari Legem ceremoniale jugum importabile, quia & grē & difficulter portari poterat, ideo vocat jugum ferē importabile. Sed hoc est corriger lingua Spiritus sancti. Ita enim D. Petrus non loquitur, sed vocat Ἐγών, ἐγὼν ἵξιον περιβασίων, jugum quod nō potuimus portare, id est, importabile onus, nec saltem senioribus in religione, sed & ipsis patribus importabile, qui sacrificia & cætera ceremonialia sèpè cum voluptate portarunt: sed Lege morali ex alio obedire non potuerunt, quia omnis caro corrupti viam suam, Gen 6,12. & peccaverunt omnes, simul inutiles facti, Psal. 14, 7. præterea probatio sumitur ex versu 11. ubi ait D. Petrus, Per gratiam Domini nostri I E S V credimus nos servari: gratia autem opponitur Legi simpliciter, non ceremoniali, Rom. 11, 6. Ephes. 2,8. Ergò non de sola ceremoniali Lege agit Petrus. Respondet Bellarminus: Petrum opponere Leges ceremoniales gratiæ D E I, quia illæ inutiles sint ad justificandum, hoc sensu: quid tentatis D E U M imponere jugum super cervices discipulorum, quod nec nos nec Patres nostri portare potuimus? præsertim cùm non per eas ceremonias, sed per gratiam D E I nostri Jesu Christi credamus salvati &c. Sed certum est, Apostolum Paulum nunquam opponere gratiam Legi ceremoniali, sed illi Legi, cuius transgressioni adjecta est maledictio: adjecta autem est Legi morali Deut. 27. Ergò nec Petrum ejusmodi oppositionem instituisse verisimile est. Constat etiam in isto Concilio Apostolorum non fuisse disputatum, quam utilis vel inutilis sit Lex ceremonialis ad justificandum, sed quam difficilis sit tota Lex Mosis, quam urgebant Pseudoapostoli, ita ut viri illi D E I nemini ex ejus observatione justitiam polliceri auerterent, sed simpliciter omnes ad solam D E I gratiam remitterent. Κενοφύλετον ergò illud nullum est.

XXXII.

Ad id verò respondendum adhuc restat, quod scribit, Legem ceremoniale adjunctam morali dici onus ferē importabile: moralem verò onus leve & jugum suave. Sed ita sibi ipsi contrarius est Bellarminus. Si enim Lex ceremonialis cum morali
con-

1633

conjurata vocatur jugum importabile; falsum est, quod supra dicebatur, Perrum de ceremoniali tantum lege loqui. Deinde dictoriam potestatem exercet Bellarminus, quod scribit legem ceremonialis non debere comparari cum morali praece, sed conferri debere legem ceremonialis adiunctam morali, cum ipsa morali, remota ceremoniali. Nos vero mandatis Bellarmini non tene-
mur, verum Apostolum Paulum secuti conferimus moralem prae-
cisē sumtam cum ceremoniali. Cum enim ad Galatas scriberet:
*Testificor omni homini circumcidenti se, quod debitor est universæ legis facien-
da Gal. 5,3.* quid fecit aliud, quam quod ceremoniali quidem le-
gem ad quam pertinet circumcisio, utcunq; praestari posse docet,
moralem vero quæ in obedientia Decalogi consistit, onus impor-
tabile esse innuit; ad quod ferendum quidem obstricti, & sic debi-
tores legis sumus: sed & tales manebimus, quoad vixerimus.

XL.

Denique & in eo fallit Bellarminus quod Legem moralen
vocat onus leve & jugum suave. Nam absque Scriptura loquitur.
Si enim ex illo Christi *Math. 11,30.* appellationem hanc mutuantur,
toto celo errat: ibi enim non de lege morali agit, sed de cruce,
quod alibi etiam Christianis imposuit, ut *Luc. 9,23.* & hic jugum
suave & onus leve nominat, quia etiam si carni satis molesta vide-
tur, a Christo tamen sublevatur, quia & ipse maximam ejus par-
tem in se recepit, crucemque nostram sanctificavit, & vires quo-
tidie suppeditat, ut sufferre valeamus *i. Cor. 10.* Quæ de re præclare
scribit Augustinus homil: 9. de verbis Domini in monte: *Omnis
qua aspera & gravia videtur in Schola Christi, facilita sunt propter præsidium
& efficaciam Spiritus Sancti, qui sublevat infirmitates nostras.* Quid? quod
& piorum promptitudo in ferendis illis Christi stigmatibus onus il-
lud leve facit? Nam ut Ethnicus Orator Cicero dicebat *Orat. 5.* in
Verrem: *Onus non est appellandum, quod cum laetitia feras & voluptate.*
Voluptatem autem illam parit Christianis, quod momentanea
tribulationum nostrorum levitas æternum parit pondus gloriae *2.*
Cor. 4,17. Sic ergo nihil habet CHRISTUS de facilitate vel possi-
bilitate Legis moralis. Alias mandata CHRISTI non gravia di-
cuntur *i. Iob. 5,3.* non quasi eis per omnia satisfacere valeamus; sed
quia Deus, quod non fit a reñatis, ignoscit, & incœata renatorum

1656.

obedientia delectatur, quodq[ue] deest infirmitati nostra, perfecta
alijs sui obedientia compensat.

C A P U T I V .

*De argumentis Bellarmino, quibus ex Scriptura
probare conatur, Legem Dei esse possibilem:
unâ cum responsionibus ad ea.*

XLI.

Resp. ad cap.
III. lib. 4. de Ius
stif. Bellarm.

Tres argumentorum classes constituit Bellarmius, quos quidem ex armamentario Scripturæ dedit. Prima eorum locorum est, in quibus mandata Dei non modo possibilia, sed & facilia dicunt esse, qualia sunt Matth. II. *Iugum meum suave est, & onus meum leve;* & I. Iob. 5. *mandata ejus gravia non sunt.* Responsum fuit ad utrumque locum sub finem præcedentis capituli. Respcionem ad posteriorem locum allatrat Bellarmius hoc pacto: *Si renatus multa defundi, qua secundum legem fieri debebant, nitig, & ipsi prævaricando contrahent reatum, ita vero non erit ei lex onus leve, sed importabile potius quia sub observatione Legis subinde cadunt.* Hoc autem est contra Scripturam, quæ dicit Davidem viam mandatorum Dei currere, & Apostolum Paulum omnia posse in eo, qui se confortat Psal. 119. & Phil. 4. idemq[ue], promisit Dominus Ep. Zech. 3⁶: *Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam ut in preceptis meis ambuletis, & iudicia mea cœlestia sita sita.* Ergo renatus prævaricando legem non contrahunt reatum. Hæc est sententia obiectu Bellarinianii.

XLII.

Ad quod respondendum est: laborare argumentum fallacia causarum. Non enim ideo vocatur lex mandatum non grave & onus leve, quod renatus nequam sub ea cadunt, sed quia casus ille in Dei iudicio ipsis non nocet: tegitur enim innocentia & perfecta obedientia Christi, quæ fecit etiam vacillantes stare in iudicio Dei. Alias sancti facile fatentur, quod in multis labantur omnes, Jacob. 32. quodque justus in die cadat septies Prov. 24. eam ob causam pro remissione peccatorum orant omnes Psal. 32. quæ sane precatio sanctorum lapsum præsupponit & reatum, quorsum alio-



1657.

Alioquin deprecatione opus esset? Hypocriticum autem est dicere, prævaricatione legis reatum nullum contrahi, quod ex Theologia monastica originem suam habet, ubi sancti vel nihil contra legem faciunt, vel impunè faciunt. Sed verè sancti sciunt, se transgressione Legis etiam leviculâ æternam incurtere maledictionem, juxta illud: *qui in uno peccat, reu est omnium*: sed quia per Christum remissionem peccatorum imperant, transgressio illa, in se maledictione digna, coram Deo nulla est, quia impletata est venia per Christum, qui nos à maledicto legis liberavit, non ita, ut pueriliter ineptit Bellarminus, quia fecit, ut mandatum implevit: (ideò enim Christus in mundum non venit) Sed ut ipse maledictum in se recipere, quemadmodū Paulus exponit Gal. 4, 13. *Christus nos redemit de maledicto legis* (quomodo? num ita, quia fecit, ut mandatum impleremus? nequaquam sed) *faciens pro nobis maledictum; quia scriptum est, maledictum omnium, qui perdet in ligno.*

XLIII.

Quod autem loca à Bellarmino adducta ex Psal. 119. & Phil. 4. attinet, non probant ea hoc, quod sancti nihil quidquam contra legem fecerint, nam contrarium testatur ipse David Psal. 32. & Paulus Roman. 7. Sed David hoc indicat, quod extra præscriptam metam legis divinæ nihil suscepit ex privato lubitu; quemadmodum & Dominus apud Ezechielem loco allegato nihil aliud docet, quam quod sancti non secundum *ἐγελογησίας* suas ei servituri sunt, sed juxta normam præceptorum divinorum. Paulus autem saltem ostendere vult, cuius virtute suas frenare possit cupiditates, nimirum non propria, sed Christi: nec verò agit de perfecta legis impletione, eam enim sibi & aliis sanctis alibi derogavit: sed intelligenda sunt verba de subjecta materia, quod nimirum omnia possit præstare, de quibus nimirum loquebatur, vel abundantiam rerum ferre, vel egestatem & famem tolerare, prout Deus dedit. Ita enim habet textus: *Scio & humiliari, scio & abundare, ubiq. & in omnibus constitutus sum, & satiarī & esurire & abundare & penuriam pati: omnia possum in eo qui me confortat, Christo.*

D 2

44. Por-

XLIV

1658.

Porro dilutum est admodum; quod sub finem classis hujes additur, nullam esse damnationem his, qui sunt in Christo Iesu, non quia non imputatur prævaricatio, sed quia et non secundum carnem ambulant: & quia per gratiam Dei sit, ut justificatio legis impleteur in ipsis. In his prima ratio est falsissima. Nam manifestum est, verba illa, qui non secundum carnem ambulant, esse descriptionem eorum, qui non sunt sub maledicto, non autem caussam, cur in ipsis maledictio locum non habeat. Altera ratio planè nostra est. Nam in his impletur justificatio legis, quibus non imputatur prævaricatio. Impletur autem imputative, quia obedientia Christi ipsorum facta est per fidem.

XLV.

Altera Classis Bellarminiana eorum dictorum est, quæ docent, mandata servari ab his, qui diligunt, ut Ioh. 14. Qui diligit me, sermonem meum servabit, Rom. 13. Qui diligit proximum, legem implevit, Gal. 5. Omnis lex in uno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sed debemus & possumus diligere Deum & proximum, alias non essemus discipuli & amici Christi. Hæc iste. Sed nulla hic est ratio consequentia: possumus & debemus diligere Deum, & proximum: ergo possumus implere legem. Hic enim non de qualicunq; conatu aut incitatione dilectionis quæstio est, eam enim renatis non denegamus: sed de plenissima & undiquaq; absoluta dilectione, quæ ex toto corde omnibusq; viribus fit, quemadmodum supra summa illa Legis fuit explicata cap. 2.

XLVI.

Ad hæc quatuor excipit Bellarminus: 1. Se quoq; satiri dilectionem in hæc vita imperfectam esse, quia potest crescere. & major est futura in patria: posse autem eam tam perfectam esse, ut præcepta adimplendo sufficiat, alias non essemus Christi discipuli & amici, nisi hoc præceptum dilectionis impleremus. Verum in Lege non est talis perfectio dilectionis, quæ gradus admittat, sed undiquaq; & secundum omnes partes absoluta, quemadmodum supra ex Deut: 6. audivimus, & quam à sanctis etiam abesse, ipsis non raro fatentur. In Evangelio vero requirit Christus à discipulis & amicis suis, id est, à fidelibus, etiam dilectionem: contentus autem est, si ea secundum partes perfecta sit, dum

1659.

sum secundum gradus esse non potest, quia infirmatur per carnem. In cœta iraq; dilectio ad conditionem discipulorum & amicorum Christi sufficit, ad impletionem vero Legis, non item.

XLVII.

2. Alterum quod opponit Bellarminus hoc est: Nihil requirit Deus, cum dilectionem præcipit, nisi ut diligamus ex toto corde: hoc vero non solum posse fieri, sed etiam fuisse futurum in statu Testi: Novi testatur Scriptura Deut. 30. Circumcidere cor tuum & cor semini tui, ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo &c. Sed nihil aliud hic promittitur, quam plenior gratia Novi Testamenti, & renovatio cordis, ut ab immundis genibus segregati purem Deum colant; qua de re etiam supra Cap. 3. Est enim promissio non legalis sed Evangelica, de obsequio dilectionis, quod non sit secundum vetustatem literæ, sed secundum novitatem Spiritus, Rom: 7. unde & circumcisio non literæ sed spiritus vocatur, Rom: 2. 29.

XLIIX.

3. Tertius dicit Bellarminus: Scriptura docet homines posse perfectos esse hac in vita, ac per hoc verè perfecteque diligere ut Gen. 6. Noë vir justus fuit ac perfectus Gen: 17. ambula coram me, & esto perfectus Matth: 5. Estote perfecti Matth: 19. si vis perfectus esse, Phil: 3. quicunq; perfecti sumus 1. Ioh: 5. qui servat verbum ejus, verè in hoc caritas Dei perfecta est.

XLIX.

Hic vero sciendum est, quâ ratione sancti in Scriptura dicantur perfecti, certè non quod nullus omnino defectus in ipsis sit, nulla prorsus *ἀνομία*: hoc enim ipsi negant. Quis enim dicere potest, mundū est cor meum, purus sum à peccato? Prov: 20. 9. sed perfecti sunt, i. quia ipsorum justitia perfecta est, quippe justitia ipsius Filij Dei, qui nos perfectos reddidit una oblatione in sempiternum Heb: 10. & sic Noah dicitur perfectus, quemadmodum justus. Reservatur autem justitia Noæ ad imputatam justitiam Christi Heb: 11. 2. quia non est hypocritica, sed pura & sincera, ex corde pio profecta: sic perfectus est Noæ, quia absq; hypocrisi; sic & Abraham perfectus esse jubetur, hoc est sine dolo. 3. respectivè & in collatione ad alios homines, qui tantum amicos amant: & sic Christus jubet nos esse perfectos Matth. 5. 48. & caritas perfecta

D 3

voca-



vocatur in sanctis apud Johannem. Sic & Moa expresse dicitur
justus & perfectus in generationibus suis Gen: 6,9. cum alias ipsum
non omnino fuisse absque peccato, lapsus ejus testetur Gen. 9, 21.
4. quia residua peccata ipsis non imputantur: & hoc quoque pro
perfectione haberur. Tunc enim (ut Augustinus loquitur) man-
data Dei facta putantur, quando quod non fit ignoscitur. 5. quia
incipiunt obediare legi divinae, eatus quoque perfecti vocantur;
habent enim integritatem Christianismi, hoc est, omnibus requi-
fitis veri Christiani sunt ornati. 6. quia in doctrina libertate Ev-
angelica recte instituti & fundati sunt, ut sciant, quoisque cere-
monialia Legis homines olim obligarint. Ita Paulus scribit: *quot*
quot perfecti sumus Phile: 3, 15. id est, de usu circumcisio[n]is & aliorum
Leviticorum rituum, qui à Pseudoa[post]olis sub opinione necessita-
tis urgebantur, recte instituti. Alioquin absolutam perfectionem
implæta legis sibi ipsi derogavit Apostolus eo ipso capite *vers. 12.*
non quod app: ebenderim aut perfectus sim, sed sector ut apprehendam,

L

4. Denique objicit Bellarminus: quod Scriptura dicit: qui di-
ligit proximum, legem implevit Rom: 13, 8. Verum semper in cun-
dem impingit scopulum, non discernens inter implationem &
perfectionem Legalem & Evangelicam. Illo modo intellecta pro-
positio paulina non nisi cum conditione vera est, hoc pacto, qui
diligit proximum, secundum omnes partes, & ita, uti debet ex
præscripto Dei, is legem implevit. Tales autem non reperiuntur
in hoc seculo. Hoc vero sensu intellecta, vera est absq[ue] condicio-
ne perfectissimæ obedientiae. Nam Deus fidelium suorum obedi-
entiam acceptat in Christo, pro plena Legis impletione; quia de-
fectus istorum obedientia Christi liberalissime suppletur. Et haec
altera classis est argumentorum Bellarmini,

LI.

Tertia Classis ea dicta continet, quæ docent, aliquos serval-
fe mandata, ac præcipue de dilectione ex toto corde. ut quod Da-
vid ait, Psal: 119. in toto corde exquisiri te: & 2. Sam. 14. Non fuis sicut servus
meus David, qui custodivit mandata mea & secutus es me in toto corde suo,
& Att: 13. Inveni David filium lessō, virum secundum cor meum. Simi-
litudo

166

Ba'multa adduit de Josia; de Asa, & populo ejus, de Mose & Iosua, de discipulis Christi &c. Pauli quoq; exempla afferit, scriben-
tis Rom: 7. de præcepto non concupisces: *Quod nolo, hoc facio: fin,*
quod nolo facio, jam non ego operor illud, sed quod in me habitat peccatum.
Ibi Paulum aperte demonstrare dicit, se non peccare, dum invi-
tus concupiscit, quia non ipse opus illud faciat, proinde servare
legem, quod cum jubet, non concupisces, voluntati præci-
piat, ne velit concupiscere, non sensui, qui legis capax non
lit.

LII.

Sed quis non videt, Bellarminum cramben bis tervē cōstatam
& recōstatam iterum iteramq; apponere. Nam quo sensu dicantur
sancti secundum cor Dei, vel, ex toto corde aliquid facere, jan-
antē dictam est: *nemp̄ quod avuncit̄, sincerè, & ex ani-
mi sententia faciant, majori circumspēctione eriam;* quam alijs
Nonnulla etiam dicta loquuntur de certa quādam specie facti,
ut quod Jeroboam non dicitur fuisse sicut David, qui secutus fu-
it D̄ominū in toto corde suo, faciens quod placitum esset in
conspēctu Dei r. Reg: 14. 8. nimirum quō ad cultūm veri Dei, ubi
non secutus est Deos alienos, quemadmodum Jeroboam fecit,
sed fecit hoc in genere quod placitum fuit coram D̄eo: alioquin
& se peccatorem fuisse agnoscit & deprecatur in Psalmis suis. Ita
quod de Josia scribitur 2. Reg: 23, 25. similis non fuit ante eum.
Rex, qui revertetur ad Dominum omni corde suo; spiritualis
facti est, pertinetque ad reformationem Eccles̄, quam priorum
Regum nemo tanta cum fidelitate & industria suscepit: idq; to-
tus contextus illius historia testatur. Non enim prædicatur ejus
integritas & perfectio, quō ad totam vitam secundum omnēn-
legem Mosis simpliciter, sed tantum quoad reformationis opus.
Alias & ipsum transgressorē Lēgis fuisse, eo ipso capite
indicatur, in descriptione inutilis illius belli, quod Pharao-
ni Necho intulit, cum suo & suorum dispendio. Sic & alibi
pleno ore testatur Scriptura de sanctis, quod legem perfectē
non servaverint. Nam inter Sanctos nemo est sine reprehensione
Job: 15, 15. & qui serviunt ei, non sunt stabiles Job: 4, 18. delicta quis
intelligit, ab occultis meis munda me Domine, orat David suam

agno-

166

agnoscens imperfectionem *Psal: 19, 13.* nec est homo justus in terra,
qui faciat bonum & non peccet *Ecul: 7, 21.* sed & Hiskias, quem
Bellarminus in primis inter impeccabiles (ut ipse loquitur) nume-
rat, suam confessionem edit, & Deo' gratias agit, quod peccata sua
a se projiciat *Esa: 38, 17.* unde illud Augustini in confessionibus: *¶*
etiam laudabilis vita hominum, si remota misericordia discutias eam.

LIII.

Summa, hypocritas esse necesse est, uer digni sunt, qui orient,
pro remissione peccatorum aut quidquam audiant de Chri-
sto, qui propter peccatores venit in mundum, quorquot ullum
unquam hominum, excepto sanctissimo illo hominum **Jesu**
Christo, absq; peccato suis contendunt; quod omnes illi faci-
unt, qui Legem à Davide, Josia, Ezechia, Paulo, & aliis impletam
esse, nugantur, quibus illi ipsi sancti partim verbis, partim factis
jam pridem contradixerunt. Paulum in specie quod attinet, ne-
quaquam is loco allegato negat se peccare; quomodo alias sub fi-
nem capitinis dicere potuisset. *Idem ego mente servio legi Dei, carne au-*
tem legi peccati? Idem ergò Paulus est, qui resistit peccato, quatenus
renatus est, idem etiam Paulus servit legi peccati, quatenus car-
nem adhuc haber corruptam. Tribuit autem id, quod malum est,
non sibi sed peccato; non quasi se *avauide* *enī* constituat, sed par-
tim, quia id Paulo prater omnem suam voluntatem adjacet invi-
to & dolenti; partim etiam, quia ipsi ad damnationem non impu-
tatur. Falsum autem est, quod lex de non concupiscendo volun-
tati saltem præcipiat, non sensui. Nam Paulus etiam id, quod in-
vitus facit contra legem Dei, peccatum nominat, & distinctio
duorum præceptorum de non concupiscendo docet. Deum etiam
originalem illam concupiscentiam, quæ consistit in *cōḡ. Elia* saltem
virtiosorum motuum, etiam si voluntas non accedat, prohibere;
quod alibi demonstratum fuit.

CAPUT V.

De argumentis Bellarmini ex Patribus.

Resp. ad cap.
12. lib. 4. de
Iustific. Bel-
larm.

LIV.

Hactenus argumenta ex Scripturis, jam *ad traditionem Ecclesiasticam,*



1663.

ſicut, uti vocat, accedit Bellarminus. Ubi primum omnium in genere sciendum est, eo ipso, quod patrum testimonia vocantur Ecclesiasticæ traditiones, divinis scripturis adæquari ea non posse. Nam si cum scripturis consentirent, non essent Ecclesiasticæ, sed divinae traditiones. Quod autem ex scripturis autoritatem non habet eadem facilitate rejicitur, quæ affertur: & ut Gabriel Biel scribit super Canon: Missæ lect: 41. autoritates Patrum sine Scripturis non obligant ad fidem. Videbimus tamen ordine singula.

LV.

Primo loco affertur Concil: II. Arausicanum quod Can: ult. sancit, Omnes baptisatos Christo auxiliante & cooperante, ea quæ ad salutem pertinent, posse & debere, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Hic vero in genere respondeo id, quod Bellarminus habet lib: 4. de verbo Dei cap. II. In Scriptura clarissima testimonia sine dubio anteponenda sunt omnibus conciliorum testimoniis. Supra autem dicta Scripturæ pro nostra sententia satis clara adduximus: Proinde hujus concilij autoritatem morari non debemus. Deinde concilium ex professo contra Pelagianos liberi arbitrij patronos agit, & in allegato canone in primis gratiam Dei prædicat, ex qua Christianos adimplere posse & debere docet, quæ sunt ad salutem necessaria. Sed si adimplitionem undiquaque perfectam & omnibus numeris absolutam omnium præceptorum Dei intelligit, facile appetat, incoataam obedientiam renatorum nimis latè extendi. Ut nihil dicam, alias contra τύπον ὑγιανόντων λόγων esse, opera bona ad salutem dicere necessaria: quod ex Canone isto sequi videtur. Sed εἰ πλάτει loquuntur Patres istius concilij, non observata ἀνέξει in iis, quæ ex professo ad institutum concilij non pertinebant; in ceteris quæ primario contra Pelagianos disputant, accuratiores sunt.

LVI.

Adducit deinde Originem homil: 9. in Josuam mulieribus comparantem eos, qui dicunt, se Dei mandata servare non posse. Sed pertinet illa tota commonefactio Originis ad excitandum studium pieratis, ne sub prætextu negatæ perfectionis hastas abjiciamus, sed ad perfectionem potius contendamus, quoad ejus fieri potest in hac imbecillitate carnis nostræ. Deo enim incoatum quoque illud studium displicere non potest. Et quod hoc velit

E

Origenes



Origenes, ex verbis ejus colligitur: sed & vos, inquit loco allegato, qui sub mulierum appellatione infirmi, & remissi & languidi esis, commone- nemini, ut remissas manus & dissoluta genua erigatis, id est negligentes & de- fides animos excitemus, & virilem constantiam in explendis preceptis legalibus & Evangelicis assumatis, atq; ad virorum fortium perfectionem celeriter pro- pereatis.

LXVII.

Tertium locum tenet Basilius, qui scribit, *impium esse dicere, ins- possibilia esse spiritus precepta*. Similia ex Chrysostomo adducit, ex Cyrillo, ex Hilario, ex Hieronymo, ex Augustino, qui omnes dicunt 1. Deum non præcepisse impossibilia, 2. Deum præcepisse perfecta, 3. ipsum etiam præceptum, Non concupisces, quod omnium difficultimum judicatur, impleri posse per gratiam. Respondebat autem 1. Pa- tres ante certamen Pelagianum liberius interdum locutos fuisse, non negamus: id verò nequicquam causæ nostræ derogare pot- est. 2. possibilia dicunt præcepta Dei, partim, quia quod ex gratia remittitur, pro jam facto habetur, juxta πολυθέουλην Augustini: *tunc aliquid factum putatur, quando quod non fit, ignoratur*. 1. Retract: cap. 19. Partim, quia quod hæc in vita praestari non potest, in altera vita plenè compensabitur. Hoc enim pacto Augustinus hanc pos- sibilitatem explicat lib: 1. ad Valer. cap. 29. Ad hoc lex dicit, *Non coniipi- sces, ut medicinam gratie quereremus, & in eo præcepto sciremus, & quod de- beamus in his mortalitate proficiendo conari, & quod posset à nobis in illa im- mortalitate beatissima perveniri*. *Nisi enim esset quandoq; persicendum, nun- quam jubendum fuisset*. 3. Deum præcepisse perfecta, non negamus, Talia enim sunt mandata Dei, etiamsi à nemine servantur: sunt e- nim norma & regula perfecta justiciæ divinae: & tunc demum in nobis perfecta fiunt hæc in imbecillitate nostra, quando imperfe- ctionem nostram agnoscimus, juxta illud Augustini lib. 3. cont. duas epistolas Pelag: cap. 7. *Virtus qua nunc est in homine justo, hancenius per- fecta nominatur, ut ad eum perfectionem pertineat etiam ipsius imperfectionis & in veritate agnitus, & in humilitate confessio*. Et Hieronymus scribit, *Hanc esse hominis sapientiam, imperfectum se esse, nosse*. 4. Eodem modo intelligitur impletio præcepti, Non concupisces. Implebitur e- nim in altera vita: hic autem semper concupiscit caro adversus Spiritum, manetque peccatum in mortali Sanctorum corpore,

licet

1665.

licet eis dominium non permittatur, Rom: 6. Et hæc ad ea quæ ex
Patribus attulit Bellarminus.

LIX.

Frivolum autem est, quod scribit, Augustinum docere, hominem præcepta quidem servare posse, & tamen non vivere absque peccato. Qualis enim est hæc observatio legis & quidem perfecta, quæ coniunctam adhuc habet transgressionem legis? Ubi ergo illud Jacobi: qui in uno peccat, reus est omnium? Nec juvar, quod ait, *Venialla peccata si se prater, non contra mandata Dei*. Hoc enim Paulus ipse refutat, qui concupiscentiam etiam eam, cui non consentit, dicit esse contra mandatum, quippe in lege prohibitam, Rom: 7. neque illum dari potest peccatum, sive veniale sive mortale appelleretur, quod non sit *avulsia*. Nulla autem *avulsia* stare potest in judicio Dei: Ergo neque Sanctorum perfectio tanta est, quæ possit opponi judicio Dei. Sic ergo exponamus Patrum dicta de possibiliitate legis & perfectione Iustorum, alias impingunt in analogiam fidei, & opponamus ei alias aliorum sententias: ut quod Bernhardus scripsit in Serm: 50. in Cant: *Mandando impossibilia non pravaricatores homines fecit, sed humiles, ut omne es obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo: & Theophylactus in epist: ad Rom: 10. Mosen assert (Apostolus) dixisse hominem posse ex operibus Legis justificari (quatenus nimirum dixit, hoc fac, & vives) neminem tamen inventum esse, qui legi opera ista perficeret, &c.*

IX.

CAPUT VI.

De argumentis Bellarmini ex ratione ductis.

LIX.

Rationibus etiam Bellarminus institutum suum probare co-
natur, de quibus agendum restat: Prima haec est: potest homo facere
plus, quam a Deo præcepit est, igitur multò magis potest implere præceptum.
Antecedens probat ex Matth: 19. ubi cum Dominus dixisset: Si vis
ad vitam ingredi, serva mandata, & quidam respondisset, haec omnia ser-
vavi à juvenute mea: rursus dixit eidem: Si vis perfectius esse, vade, vende
omnia quæ habes. *Ost.*

Resp. ad cap.
13. lib. 4. de Ius
sif. Bellarm.

E 2

60. Re-



LX.

1666

Respondeatur 1. Pharisaica persuasio est, quod homo possit aliquid praestare ultra id quod præceptum est quæ sœpè reprehenditur in Scriptura *Esa: 58:3. Mich: 6:6. Luc: 18:9.* Non ergò credibile est, Christum hic opinionem illam stabilire voluisse. 2. negatur il lud, de vendendis omnibus, ut Christum sequi possit adolescentis, non esse præceptum Dei. Est enim nihil aliud quam specimen, præcepti de diligendo Deo. Nam qui Deum sincere & ex animo diligit, nequamquam hujus vitæ commoda aut opes ei anteponit: Sed negligit potius omnia ut Deum lucretur. 3. à præcepto ad posse non valet consequentia. Si maximè ergò Christus adolescenti plusquam in lege præceptum est, injunxit, non tamen sequetur, ipsum id praestare potuisse. Sœpè enim injungitur aliquid, non ut præsternus, sed ut vires nostras experiamur & imbecillitatem nostram agnoscamus. 4. & hoc sine isthac dicta sunt adolescenti, non quod existimaret Christus, ipsum ultra præcepta aliquid praestare posse, sed ut agnosceret, se ne quidem præcepto divino de diligendo proximo satisfecisse. Erat enim hypocrita, opinione perfectæ dilectionis Dei dementatus, quam hypocrisim hoc quasi examine ei innotescere voluit. Sciebat enim hunc hominem in honorem Christi vix teruncium neglecturum, nedum bona venditurum omnia. Idcirco ipsius imperfectionem potius accusare, quam perfectionem commendare voluit.

L XI.

Secunda ratio est: *Si præcepta effent impossibilia, neminem obligarent: neq; enim singi potest, quomodo aliquis peccet in eo, quod vitare non potest.* Responsi vera est propositio de iis præceptis, quæ semper sunt impossibilia, & ad quæ præstanta homini vires nunquam fuere concessæ. Ita si præcipiteretur inhibitio cursus solaris, aut fluminum, ad hoc sane præceptum nemo obligatus esset, quia nemo ad præstantum talia vires unquam accepit. Præcepta verò decalogi non sunt hujus generis, sed ejus modi, ut olim homini fuerint possibiliæ cum in statu integratis esset, viresque à conditore acceptas adhuc haberet incorruptas. Nunc autem proper accedentem lapsum facta sunt impossibilia; & nihilominus obligant ad id quod facere debebant, & olim poterant, licet jam propria sua culpa amplius

167.

plius non possint. Est enim Lex regula mentis divinæ æternæ & immortæ, quæ propter hominis mutabilitatem non mutatur.

LXII.

Tertia ratio: Si lex Domini esset impossibilis, sequeretur Deum omni tyranno esse crudeliorē & fultiorem, quippe quā ab ipsis etiam amicis tributum exigeret, quod nemo solvere posset, & leges ferret, quas sciret à nemine observandas. Responsio dependet a præcedentibus. Is enim neque Tyrannus neq; iustus est, qui quod suum est, justè reperit, ab eo, qui iustè perdidit. Dedit Deus homini legem, quam menti ejus inscripsit, dedit & vires faciendi legem, quas homo per lapsum amisit. Quis ergo tyranidis accusaret Deum, qui tribulum suum exigat ab homine, cui vires solvendi illud dederat? Quod vero homo solvere jam non potest, Deus illam culpam præstare non tenetur, dum jus suum exigit. Hinc manifestum est, argumentū valeare quidem interdū in Politicis, non autem in legibus divinis. Nam Politicus Magistratus leges guidem ferre, sed vires obediendi suppeditare non potest, idcirco si præciperet, quod supra vires est, inique ageret: Sed Deus in creatione vires suppeditavit undiquaq; perfectas, quas, etiam si nos amisimus, Deo ramen debemus, qui dum obedientiam legis perfectam à nobis requirit, debitum suum exigit; illudq; non solventibus poenas justè minatur Deut: 27. Non igitur hæc est Lutheri deliratio, ut Bellarminus per calumniam vocat, sed rationi recta & sacris Scripturis conformis justitiae divina assertio.

LXIII.

Sunt autem præterea rationes satis graves, cur Deus legem præcipiat, licet eam servare non valeamus. 1. Primum enim vult nos hinc agnoscere nostræ nature perfectionem ante lapsum: præcipit enim id quod olim facere poteramus. 2. ut agnoscamus corruptionem nostram post lapsum: nam contraria inter se posita magis elucescunt. 3. ut hoc freno coërcentur homines, &c exter- nam disciplinam præstent. 4. ut impiorum contumacitas magis magisque detergatur. 5. ut renati habeant exactam vitæ regulam. 6. ut denique videant renati metam perfectionis, ad quam contendant.

LXIV.

Quarta ratio hæc est: Si lex impleri non possit, 1. justificatio legis

E 3

nunquam

nunquam impletur in nobis; quod tamen fieri Paulus restatur Rom: 8. 2. fide
firā nos, orabimus, fiat voluntas tua sicut in cœlo ita & in terra: 3. & nema
salvabitur, quia Christus factus est carissima salutis omnibus obedientibus sibi He-
br: 5. &c. Resp: In primo argumenti membro est fallacia phraseos.
Nam justiciam Legis non a nobis implendam dicit Apostolus, sed
in nobis. Id verò sit, quando obedientia CHRISTI nobis impu-
tatur per fidem. Nam CHRISTUS DOMINUS Legis, subiecit se
obsequio Legis, ut ipius obedientia nos justificaremur Rom: 5. 19.
2. In secundo membro est fallacia καταπηγαί πλάσιον. Non enim
similitudo undique exacta noratur, sed secundum aliquas sal-
tem partes. Negare enim non possunt Pontificij, etiam illam
quam his in terris singulam perfectionem Sanctorum, non respon-
dere perfectione Angelicæ: ajunt enim perfectionem pro statu huius
vitæ in lege saltem requiri; & peccatum etiam Sanctis adhærere
hac in vita negare non possunt. Fateri ergo necesse habent, fieri
nihilominus voluntatem Dei in terris, sicut in cœlis, licet utrobi-
que eadem non sit perfectio. Quando ergo precamur, fiat volun-
tas Dei sicut in cœlo, ita & in terra, tunc opemus, ut quæ sunt in
choris beatorum Angelorum in cœlis, etiam a nobis sunt in ter-
ris, opera munirum sancta Deo que grata, licet non ea perfectione,
quæ Angelorum & beatorum in vita æterna propria est. Hic enim
cum Paulo dicimus: Non apprehendi, aut perfectus sum: sequor
autem ut apprehendam, quemadmodum & apprehensus sum in
CHRISTO IESU Phil: 3. 12. In tertio membro est fallacia causa.
Nam in dicto Hebr: 5. non adducitur causa salutis, sed descriptio
salvandorum. Hi enim obediunt CHRISTO, licet neq; obedi-
entia illa perfecta sit, neq; salutem efficiat: quemadmodum hæredes
paternorum bonorum obediunt parentibus, licet in multis laban-
tia; parentesq; offendant, & illa qualicunque sua obedientia hære-
ditatem promereri non valeant.

L XV.

Quinta ratio: Omnes vere justificati Spiritum Sanctum habent Rom:
5. 18. Atque Spiritus Sanctus fructus suos parit, qui numerantur Gal: 5. Ca-
ritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetu-
do, fides, modestia, continentia, castitas. Qui vero hos fructus haberet, non ac-
cusatur a legi, juxta id, quod additur: aduersus hos non est lex; & si spiritu
ducimini

1669.

ācimini, non estis sub legē. Ergo qui fructus hōs habet, implet legem. Re-
spōs: Est fallacia caūtarum. Nam & hic descriptiūrū ij, qui Spi-
ritu Dēi reguntur, vel ut vers. 24. loquitur Apostolus, qui Christi
sunt. Hi carnem suam crucifigunt cum suis desideriis: non autem
sequitur hinc, quod nulla amplius desideria sentiant: immo sentire
ea necesse est, alias crucifigere non possent. Sunt autem illa quo-
que desideria diuīsia, & sic perfectionem plenē absolutam impe-
diunt. Nihilo minus tamen, qui desideriis illis resistunt, non sunt
sub lege, sed liberati à lege, non quasi legem impleverint, sed quia
maledictioni legis non subsunt. Ipsa enim desideria prava in se
sunt obnoxia maledictioni: persona autem non item, quia remis-
sionem illorum per CHRISTUM impetravit. Et hoc est quod
Paulus scribit Roman: 8, 2. Lex Spiritus vitæ liberavit me à lege
peccati & mortis: hoc est, renati, licet sensum peccati adhuc in
corpore suo mortali habeant, propter quod ad mortem conde-
nuntur in lege, extra CHRISTUM considerati: tamen doctrina
Evangelij (quam legem Spiritus vitæ appellat) qua ipsi proponit
CHRISTUM Mediatorem, fecit, ut legis condemnatio ad ipsos
non pertingat, quia CHRISTUS factus est pro ipls maledictum.

LXVI.

Sexta ratio: Omnes justificati ex Deo nati sunt Job. 1. & 3.
At qui ex Deo nati sunt, non peccant 1. Job: 3. E. qui justifica-
ti sunt non peccant, & per consequens legem implet. Respons:
ad Minorem: Qui ex Deo natus est, quatenus ex Deo natus est,
non peccat, & nec potest peccare, quia impossibile est filium Dei
esse posse filium iræ: sed quatenus ille ipse, qui ex Deo natus est,
carnem adhuc habet desideriis illicitis obnoxiam, eātenus & pec-
cato adhuc est obnoxius, & inter transgressores legis numeran-
dus. Tales autem omnes sancti sunt in hac mortalitate: nam in
multis labimur omnes, quia perfecta non est sanctitas nostra, sed
si distinctè judicetur, injusta invenietur omnis justitia nostra
inquit Bernardus Serm: in Feste omnium Sanctorum. Idcirco
opus habent & Sancti, pro peccato exorare, ut de misericordia
salviant, ut idem ait Serm: 73. in Cantic.

CAPUT



CAPUT VII.

*An Iustorum opera sint verè justa, an vero
peccatis contaminatae?*

LXVII.

Facilis esset hujus quæstionis expeditio, si Scripturis potius, quam præconceptæ opinioni fidem habere velimus. Testantur enim ipsi sancti, neminem esse, qui bonum faciat, & non peccet, neminem posse dicere, mundum est cor meum, quia & maledicentes esse, qui dixerint, se peccatum non habere. Sed hypocrisis ita dementavit Bellarminum, ut quod verum est, videre nequeat. Idcirco & in titulo hujus materiae & in tractatione ejus gravissime errat. Titulum ita format: *Iustorum opera non esse peccata, sed iustitiam:* Id quod nos libenter agnoscimus, si rectè intelligatur. Nam iustum opera in se & formaliter peccata non sunt, sed conformia Legi Dei, & etenim iustitia: quod nemo piorum negat. Odiosè autem posita sunt ista verba ad lugillandum Lutherum, qui in assert: artic: 2,31,32, & 36. scripsit, *Omnia opera hominū iusti esse peccata mortalia:* quia nimurum partim in judicio Dei consistere non possunt, partim propter imperfectionem suam, siquidem in omnibus sanctis desideriis carnalibus contaminantur, partim etià, si eis opinio meriti affingatur, quæ omnem ipsorum dignitatem annihilat. Quam ob causam B. Paulus omnem sanctorum iustitiam *γνωσταν* vocavit *ηραπειαλα* Phib: 3,7. Alias unumquodque opus bonum hominis iusti pretiosius estimat Lutherus, quam cœlum & terram in cap: 5. ad Gal: Quâ de re vide plura suprà quæst: i. cap: i. in resp: ad arg: 2. Bellarm. disp: prima the. 73. seqq.

LXIX.

Hoc igitur in quæstione est; non, an opera iustorum sint peccata, & iustitia renovationis; *Sed an sint absq; omni peccati macula, que impedit, quo minus in judicio Dei consistere, hominemq; iustificare possint:* Et sic quæstio in effectu coincidit cum præcedente, de perfecta impletione Legis. Placuit tamen Bellarmino eam seorsim tractare, & institutum suum testimoniis Scripturarum probare.

LXIX.

Primo adducit exemplum Jobi de quo legitur Job: 1. In omni-
bus

1671.

bus hic non peccavit lob labio suo, nec scutum aliquid contra Deam loquutus est: & cap: 2. Nunquid considerasti servum meum lob, quod non sit illi similis in terra, vir simplex & rectus & recedens a malo, & adhuc retinens innocentiam? Certe, addit Bellarminus si innocentiam retinebat, & si a malo recedebat, neq; lingua neq; corde peccaverat. Praterea si lob peccasset, Deus ipsi quodammodo a Satana superatus fuisset, quia ista tentamenta permisit, ut yic-
tus & patientia sancti viri demonstraretur.

LXX.

Respon: in cap: 1. non agitur de universa vita Jobi, sed de primo quasi insultu Satanæ, ubi sanctus vir, domo, liberis, jumentis & bonis aliis spoliabatur: quod quidem infortunium quam a cerbum sibi fuerit, gestibus & verbis satis superq; contestatus est: agnovit tamen manum Domini, qua hæc vulnera inflxit, Deo q; in his operibus suis adhuc benedixit. Et in his sanè omnibus nihil peccavit Job contra Deum, sed fidei robur in ipso adhuc fuit eximium, quod tempestatibus illis fortiter se opposuit. Sic etiam in secundo capite loquitur Dominus de Jobo, prout in primo adhuc infortunij insultu considerabatur. Ibi adhuc retinebat innocentiam; non totalem & omni prouersus nævo carentem, quin & in iudicio Dei consistentem, quemadmodum Bellarminus intelligit: ita enim nullus apud Deum per se innocens est, Exod: 34, 7. Sed partiale, certoque in facto & tempore consideratam. Ita innocens erat Job tunc temporis, quando primum fortunæ imperum forti pectore sufferebat, & tamen perpetuo verum erat, quod cap: 9, 20. dicit: Si justificare me voluero, os meum condemnabit me, & si innocentem ostendero, pravum me comprobabit. Innocens quoque erat innocentia caussæ, quia vere ipsi fiebat injuria ab Adversariis, qui varia contra ipsum excogitaverunt, quibus fixerunt ipsum has calamitates promeritum esse. Alias Job ipse fatetur non posse dari mundum, (innocentem) de immundo conceputum semine lob, cap: 14. Unde Gregorius in cap: 9. Iobi: Sanctus lob videbat omnia nostra bona opera esse metu peccata, si judicantur a Deo; id est, si voluerit contendere homo cum eo, non poterit ei respondere unum, præmille.

LXXI.

Subsequentibus autem temporibus cum adflictio incrementa
F caperet,

1672

caperet, fides non nihil decrescere cepit? Idecirco signa impatiens
tis satis manifesta edidit, cuius exemplum in signe extat cap: 19, 6.
ubi clamat, Deum iniquè secum agere: saltem *nunc intelligite* (ait)
quia Deus non a quo iudicio affixerit me, & *si gellis suis me cinxerit*. Ideo
Deus Jobi respiranti tandem hanc infirmitatem in memoriam
vocat cap: 40. Nunquid qui contendit cum Deo tam facile conqueſcit? utiq;
qui arguit D E V M debet respondere ei: quin & ipse Job culpam hanc
deprecatur, ibid: *Qui leviter locutus sum, respondere quid possum? manum*
meam ponam super os meum: unum locutus sum, quod utinam non dixissem,
& alterum, quibus ultra non addam. Habemus ergo fatentem reum,
cui meritò fidem habemus, ejusque candorem laudamus. Neque
vero hoc pacto Deus à diabolo victus fatendus est, qui patientiam
& virtutem Jobi demonstrare voluit sub illis experimentis Sata-
næ. Nam neque succubuit prorsus Job, sed identidem se recolle-
git; neque etiam in faciem Deo benedixit, hoc est, in apertas cal-
umnias non erupit, nec ob temporales illas ærumnas planè nun-
cium Deo misit, quod Satan futurum opinabatur. Et sic testimo-
nium Jobi nihil ad rhombum.

LXXII.

Secundum testimonium petitur ex verbis Davidis, quibus ju-
dicari petit secundum *iustitiam & innocentiam suam* Psal: 7. Provocat ad pu-
ritatem manuum suarum Psal: 17, nullamq; in se inventam iniquitatem ate-
Psal: 6. Vbi non solum opera sua bona *iustitiae nomine ornanda censer*, sed eti-
am confidebat, ea in iudicio Dei confidere posse, alioquin petens *judicari se-*
cundum iustitiam suam, damnationem pro absolutione queſisset. Respons:
Usitata & vera responsio est, Davidem loqui de *justitia cauſæ*; nam in eo, quod accusabant adversarij, vere innocens erat, & ad
iustitiam suam optimo jure provocare poterat: & ita petit judi-
cari secundum iustitiam suam, non opponens iustitiam suam iudicio Dei, sed accusationi hostium. Quod si aliqua dicta genera-
liora videntur, ut *Custodivi vias Domini, ab omni via mala prohibui pedes*
meos: feci iudicium & iustitiam: manifestum est, ipsum non simpli-
citer de undique perfecta iustitia loqui, alibi enim dicit: *delicta*
qui intelligit? ab occultis meū munda me Domine, Psal: 19, 13. Sed in com-
paratione ad alios, & de studio vitandi mala, licet plenam iustitiae
perfectionem assequi non potuerit.

73. Terti-

Tertium assertur ex Matth. 6. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, & Luc. 11. Si corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illansinabit &c. Hoc loco, ait Bellarminus describitur opus perfecte bonum, quod videlicet si bonum in genere suo & ex intentione alioquin circumstantis: & tale opus pronunciat Dominus esse lucidum totum nec ullam partem habere tenebrarum. Ergo non est peccatum mortale natura sua, ut Lutherani aijunt. Respons: Nihil ibi Christus de bonis operibus in genere. sed si in thesi textum hunc intelligere velis, agit de ministris verbi, qui sunt Ecclesiae oculi; hi, si in doctrina sinceri sunt, tunc tota Ecclesia per Spiritus Sancti gratiam illuminari poterit: si autem ipsi vel non intelligunt doctrinam sanam, vel fermentum suum admiscent, Ecclesiam totam in ignorantia versari necesse est. In hypothesi autem textus ille ad Phariseos directus est; qui, cum ex invidia miracula Christi contemnerent, exinde potentiam Christi & beneficia Dei agnoscere non potuerunt, sed obtenebratam habebant mentem: Si autem tenebras istas discutere voluisserint, ipsi quoque plenius illuminati ad notitiam Christi pervenire potuissent. Et hunc in modum exponit hunc locum Theophilactus: *Quoniam invidi Iudei miracula videntes, ea calumniabantur ob mentis malitiam, ejus gratia Dominus hoc dicit: quasi lucernam, hoc est noscendi Deum beneficium, quo videmus, veluti si nobis datum esset lumen, homines abscondunt mentis iudicium, & prae invidia obtenebrati miracula & beneficia non vident, quamvis in hoc acceperimus mentem, ut super candelabrum ponamus, ut etiam alijs lumen videant &c.* Et paulo post: *Sicut oculus corporis, si quid habet, hoc & corpus habere facit: siquidem lucem suam habet, ac lucidus fuerit, erit & corpus in luce: si tenebrosus fuerit, erit & iudicis in tenebris: Simili modo eundem affectum habet anima, qua habet mens. Et si invenierit oculum, quem accepit a Deo, & lucem obtenebri vel ab invidia, vel ab avaritia, vel ut in summa dicam carnalitate, obtenebratur & ipsa, &c.* Constat ex his, Bellarminum in hoc testimonio aberrare a janua. Πολλα δε αυτη est injuria, quā Bellarminus iterum Lutherum & Lutheranos afficit, quasi statuant bona opera esse peccata mortalia natura sua. Hoc enim eis in mentem non venit, qui sciunt, ea ex natura sua esse sanctissima, secundum omnes causas sed quo re-

Specu mortalia siant, suprà jam semel atque iterum explicatum.
est: Vide imprimit cap. i. quæst. i. in disputat. præcedente thes. 75.
& 83.

LXXIV.

Quartum testimonium affert ex 1. Corinth. 3. Si quia super ædificare
super fundamenum hoc, aurum, argennum, lapides pretiosos, ligna, sanum,
stipulas, uniuersusq[ue] opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit,
quod super ædificavit, mercedem acciperet, si cuius opus arserit, detrimentum pa-
rietur. Quo loco, inquit, indicatur esse quedam opera bona supra fundamenta
vera fidei adiuncta, ad eam bona, ut omnino nihil habeant ritu: quod ostendit
1. comparatio ad aurum, argennum & lapides pretiosos, 2. quod illa opera in
igne divini judicij manere dicantur, & mercedem accipere. Respons: Non
est institutum Apostoli nostri de perfectione bonorum operum
agere: sed ea, quæ vere bona sunt, ab aliis, quæ talia videntur, sal-
tem vult discernere. Illa confert auro, argento, lapidibusque pre-
tiosis, non quasi nullam prorsus admixtam haberent maculam,,
sed quia ignem sustinent, a quo reliqua electitia & putatitia opera
instar stipularum comburantur. Intelligitur autem non ignis ju-
dicij divini, sed ignis scripturarum divinarum, ignis tribulatio-
num & tentationum, quem in hoc seculo, & ante diem judicij sen-
tiunt, quorum opera examinanda sunt. Agit enim Apostolus de
igne doctrinæ, quod ne quidem Bellarminus negat lib. 1. de purgat:
cap: 5. Ea vero probatio si salutaris esse debet, hac in vita fieri, ne-
cessere est, alias homo in perpetiis hæreditibus tentationibus. Agit A-
postolus de igni, quo probantur fidèles, tenentes fundamentum
fidei JESUM CHRISTUM. Tales vero non veniunt in judicium
Ioh: 3. quia nulla est in eis condemnatio Rom: 8. agit de igne proba-
tionis: in die vero judicij non instituetur demum probatio, sed
retributio operum, prout ea comparata, & jam pridem hac in vi-
ta probata fuerunt.

LXXV.

Quintum testimonium est Iacobi cap: 3. in multis offendimus o-
mnes. Non ait in omnibus, sed in multis; ergo non omnia opera iustorum sunt
peccata mortalia. Respons: Est fallacia causarum. Non enim ideo
in particulari loquitur D. Jacobus de aliquibus bonis operibus,
quasi ullum opus ita perfectum sit, ut in judicio Dei consistere, &
rigorem

165.

rigorem ejus tollere possit. Hoc enim disertè negat David: In
conspicua tuo non justificabitur ullus vivens Psal: 43. & non est homo in terra,
qui faciat bonum & non peccet inquit Salomon Eccl: 7,21. Sed quia non
omnes omnium peccatorum rei sunt ipso actu, Idcirco in multis
offendunt omnes. Nonnulli enim offendunt manu, nonnulli ocu-
lis, nonnulli lingua: multa tamen sunt peccata in quibus omnes
deprehenduntur. Quis enim est, qui non interdum carnis deside-
ria senserit? Quis est, qui non aliquando proximum laeserit vel ca-
sat, vel ex proposito? Accusare ergo vult D. Jacobus omnes, et
iam si non in omnibus delictis reperiantur rei. Eo ipso autem ipsis
illud bonum, quod faciunt, contaminatur, quia in alio delicto de-
prehenduntur, & idcirco, qui in uno offendit, omnium reus esse
dicitur, licet totam legem servaverit Iac: 2,10.

LXXVI.

Sextum testimonium sumitur ex iis locis, quæ hortantur ho-
minem ad non peccandum Psal: 4. Irascimini & nolite peccare, Esai: 1,
quietate perversa agere, Ioban: 5. Noli amplius peccare, Cor: 15. Vigilate justi
nolite peccare, &c. Quorum pertinet haec exhortationes, inquit, si in omni
opere, quantumvis bono, non possumus non peccare? Respons: Quomo-
do benè operantes peccare dicantur, jam sàpius dictum est, nimi-
rum propter peccatum habitans in nobis, quod benè operantibus
resistit, ut tamen persecre non faciant quæ legis sunt, prout fieri o-
portebat, & propter alia peccata, quæ bonis actionibus semper ad-
miscentur. Hoc verò non obstat admonitionibus illis: sed in-
hunc quoque finem fiunt, ut illa obstracula perfectionis nostræ a-
gnoscamus iisque fortiter resistamus, quantum in hac imbecillita-
te fieri potest. Interim semper manebit illa querela piorum: Lex
spiritualis est, ego carnalis sum, venundatus sub peccato; velle
adjacet mihi, perfidere autem non invenio; non quod volo hoc a-
go, sed quod odi, illud facio &c. Rom: 7.

LXXVII.

Septimum testimonium est eorum dictorum, quæ ostен-
dunt, opera Justorum Deo placere Mal: 3. Placebit Deo sacrificium Iu-
da & Ierusalem, &c. Sep: 9. Accepta erunt opera mea, Actor: 10. Qui timet
Deum, & operatur justitiam accepimus est illi &c. Atqui Deo nihil placere potest

quod non est verè bonum. Respons: Duplici nomine placent opera Justorum Deo, 1. quia juxta legem & præscriptum Dei facta, non ex privato arbitrio profecta, 2. quia propter personam Deo placenter, ipsa quoque opera personæ placent. Non tamen sequitur opera ipsa esse planè sine macula, nam & in sanctis invenit, quod displicet, & ne cœli quidem sunt mundi in conspectu ejus *Iob: 15, 15.* Sed maculas illas Sanctorum non videt ad judicium, sed regit perfectione Christi: idecò Beati dicuntur, non qui peccata non habent, sed quibus eata sunt, *Psal: 32, 1.* ad quem locum ita commentatur Augustinus. *Tetra: peccata quare dixit: ut non viderentur;* *Quid enim erat, Deum videre peccata, nisi punire peccata?* Et hoc tantummodo sit propter Christum qui pro peccato satisfecit, factus pro nobis peccatum, ut nos fieremus justitia Dei in ipso *2. Cor: 5, 21.* Sic ergò justitia Christi imputatur non peccato, ut inepti Bellarminus, sed peccatori, in quo non puniuntur peccata, quæ coram Deo aliás semper pœna digna sunt.

LXXIX.

Postremo loco ita nugatur Bellarminus: *Opera justorum vocantur bona opera Matib: 5.* Ergo non sunt peccata mortalia, aliás potius dicenda effent mala. Respons: Hæc crambæ aliquoties apposita fuit: idcirco & usitata responsio hic repentina est. Opera justorum dicuntur bona ob rationes illas, quæ faciunt ea Deo grata de quibus in testimonio præcedenti. Dicuntur mala, partim ob opinionem meriti, quam affingant hypocritæ: partim ob immundiciem quæ eis adhæret. Constat ergo ex hisce notis, Bellarminus tot hic dixisse falsa testimonia, quæ Scripturæ dicta hoc in capite impertinenter laudavit.

CAPUT IIX.

De Testimonis Patrum in hac questione.

LXXIX.

Ad testimonia Patrum, quæ allegat Bellarminus cap: 16. hæc noranda sunt: 1. Primum non negamus opera bona commendationem mereril longè maximam, extra forum justificationis nostræ: ibi enim cum Lutero libenter dicimus, unumquodvis opus bonum

*Rsp, ad cap.
16. lib. 4. de
Iustific. Bel-
larmin.*

1677

bonum præstantius esse cœlo & terra. Ideo vocantur justitiae *Esa:* 6:36. tūm quia ipsa mandata Dei, quibus opera præcipiuntur, vocantur justitiae Dei. *Dei.* 27:10. tūm quia Spiritus Sanctus, qui est Spiritus Justitiae illa operatur. *Rom:* 6:13. tūm etiam quia acceptantur gratis a Deo ab illis qui sunt adoptati. *Esa:* 58:7. *Psal:* 111:9.

LXXX.

2. Deinde, est omnino discriminis inter virtutes & vitia: & insanus est Bellarminus, si hoc a nobis negari credit; extremè verò malitiosus, si non credit, & ramien locum Ambrosij objicit, qui peccata à virtutibus distinguit. Scilicet res magna est, lucem & tenebras, Deum & diabolum discernere! Sed quod virtutes Christianorum tam perfectæ sint, quam vitia, nemo dixerit, qui non hypocritam agere, & humanæ naturæ imbecillitatem ignorare simulaverit.

LXXXI.

3. Præterea posse hominem ad tempus vitare peccata, ut Hieronymus scribit, non abnuimus, sed actualia & graviora, quæ in oculos incurruunt: Primos autem motus concupiscentiæ semper inhibere tam non potest, quam volatum avium super capita nostra: modo eas ibi nidificare non patiamur: & hic nos quoq; cum Hieronymo dicimus posse hominem non peccare (h. e. nidum peccato in animo suo permettere non potest) si velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quamdiu intentus est animus, quamdiu chorda nullo vitio laxatur in cithara.

LXXXII.

4. Porro fatemur cum Augustino, *debere* hominem, quamvis longè minus amet Deum, quam cum potest amare conspectum, nihil tamen appetere illicitum. Satis enim est consistere in secundis, dum id fieri non potest in primis. Sed quod homo id facere possit, quod debet, *Nicar uera arqua* est, nec Augustinus ita unquam docuit.

LXXXIII.

5. Ulterius: quod Augustinus continentia seu abstinentia à concubitu cum legitima uxore meritum tribuit, concupiscentia satianda cum conjugi propter fidem tori, peccatum veniale: in eo humani aliquid patitur. Nam Scriptura continentia ab omni concubitu, nullum meritum tribuit, sed ut donum Dei singulare,

non



non omnibus concessum commendavit *Matt: 19. Concubitum*,
verò cum legitima uxore ob vitandam fornicationem approba-
vit: hic enim secundarius finis conjugij est, juxta illud Apostoli
Pauli: *Propter fornicationem uniusquis suam uxorem habeat, & unaque quis suum virum i. Cor: 7, 2.* Præterea, libenter concedimus, opera infide-
lium suo genere esse bona, si legi divinæ congrua, sed si vel ad verū
Deum non dirigantur, vel opinionem meriti junctam habeant, ve-
rè dicimus cum Augustino, quod sint peccata. Nam cum finibus
pensanda sint officia, utiq; ex hoc ipso defectu veri legitimiq; fi-
nis etiam optima opera sunt vitiosa.

LXXXIV.

7. Deniq; cum Gregorio nos quoq; dicimus, bonarum menti-
um est, ibi etiam aliquo modo culpam agnoscere; ubi culpa non
est. Congruit enim cum illo Regij Prophetæ delicta quis intelli-
git? ab occultis munda me Domine. Cum enim & occulta habeam
mus delicta, quis se absq; culpa esse dixerit, licet hominibus inno-
cens videatur? Deinde fieri potest, ut quis in speciali aliquo facto
culpa careat, qui tamen in alio se non prouersus innocentem esse di-
xerit: & huc in primis respicere videtur dictum Gregorij.

LXXXV.

7. Postremo recte scripsit Bernhardus, obedientiam ex amo-
re Dei esse meliorem ea, quæ fit propter metum gehennæ: male
verò colligitur à Bellarmino, quod obedientia ex amore Dei sim-
pliciter sine ullo peccato, etiam veniali, præstari possit. Etsi enim
finis obedientiæ est legitimus, perfectio tamen tanta non est,
quantam Deus in lege requirit, obedientiam nimirum totius cor-
dis, animi, omniumque virium. Obedientia ergo ipsa, quoad sub-
stantiam actus, bona est, quia legi Dei conformis, & sic neque ve-
niale neque mortale peccatum appellari potest. sed adhaerens im-
perfectio ipsam etiam in sanctissimis contaminat.

CAPUT IX.

De argumentis ex ratione petitis.

Resp. ad cap.

17. li. 4. de Ius-

sist. Bellarm.

86. Prima

non

Prima ratio Bellarmini talis est: *Si opera bona iustorum esse omnia pietosa & corrupta, id vel ex immota concupiscentia fieret, vel ex defectu dilectionis DEI, vel ex admisitione peccatorum venialium. At nihil homini trium contaminare potest opera iustorum bona. Nam concupiscentia non est peccatum, sed insinuatio, ideo Augustinus aliquoties dicit, pro motibus involuntariis non dicendum esse, non concupisces. Quod si maximè peccatum esset, tamen non semper moveatur. 2. Defectus dilectionis, quod nimirum opera nostra tanto fervore dilectionis non facimus, quanto facimus in patria, defectus quidem est, sed culpa & peccatum non est: ideo caritas nostra, quamvis comparata ad caritatem beatorum, imperfecta sit, tamen absolute perfecta vocatur, 1. Ioh. 2. & 5. 3. veniale peccatum non admisetur singulis operibus, neg. est contrarium caritati, nec propriè contra Legem, sed præter Legem.*

LXXXVII.

Resp. In his omnibus partim aperte falsa dicuntur, partim principium petitur. Falsum enim est, quod concupiscentia non sit peccatum. Quia pugnat cum lege naturæ, cum quilibet sciat, res alienas non esse appetendas: pugnat cum lege divina, in primo & ultimo præcepto comprehensa. Inde Paulus concupiscentiam vocavit legem carnis, eamque se non cognovisse scribit, nisi lex disisset, non concupisces Rom. 7,7. Et ibi non de actu concupiscenti agit, sed yitium primum significavit, teste Lombardo lib. 2. dist. 30. Talis verò concupiscentia est in omni homine, etiam cum sanctissimè vivit, quæ ipsius opera contaminat, hominemque imperfictum facit. Et ita scribit Augustinus lib. 5. cont. Iulia. cap. 3. Concupiscentia carnis, adversus quam bonus concupiscit Spiritus, & peccatum est & pena peccati, & causa peccati. Quod autem alibi negat propter concupiscentiam dici, dimitte nobis debita nostra, hoc non ideo facit, quod concupiscentia peccatum non sit, sed quia eius jam reatus in lavacro regenerationis absuntus sit.

LXXXVIII.

Deinde falsum & hoc est, quod defectus dilectionis hac in vita non sit culpa aut peccatum. Pugnat enim cum lege de diligendo Deo ex toto corde, quia de re supra fusiū. Neque est, ut comparatio instituatur inter perfectionem hujus & futuri seculi. Deus enim hac in vita absolutam, caritatis perfectionem, absque

G

omni

1630

omni defectu à nobis requirit. Quomodo autem caritas dicitur perfecta, supta diximus cap. 3. in reponsum ad alteram classem argumentorum Bellarmini.

LXXXIX.

Denique principium petitur, dum peccatum veniale dicit esse non contra, sed præter legem, qua de re etiam suprà egimus. Omne enim peccatum est transgressio legis, commerens æternas poenas. Et ex hoc fundamento veniale peccatum est contra caritatem, quia legem de perfecta dilectione Dei & proximi violat. Quod autem veniale peccatum singulis admisceatur operibus, non ita intelligendum est, quasi omne bonum opus simul sit peccatum veniale, sed quia ab homine corrupto fit, in quo peccatum semper inhabitat, licet neque motum ejus æquè semper sentiat, neque semper consentiat. Idcirco Salomon dixit: *Non est homo iustus in terris, qui faciat bonum & non peccet.* Eccl:7:21.

XC.

Secundo loco absurdâ quædam objicit. Nam si opera iustorum omnia essent peccata, etiam fides, quâ justificamus, esset peccatum; & oratio illa, quâ remissionem peccatorum petimus, peccatum esset; & non potuissest dicere Paulus, *Nihil mibi conscient sum: ipsum DEVM peccasse mortaliter, quia DEVS est, qui operatur in nobis: à nulla iniustitate nos redemissemus Christus;* aliqua peccata mortalia esse opera bona, & deniq; contradictionem implicare hanc phrasim, opera bona esse peccata mortalia.

XCI.

Resp. Sed hæc omnia unâ operâ expediri possunt. Hactenus enim aliquoties dictum est, quomodo opera bona dicantur mortalia peccata, nimirum non ex se & suo genere, sed ex accidenti vitio imperfectionis & opinionis meriti singularis. Quæstiones igitur distinctæ sunt, an opera bona sint peccato contaminata? Et an ipsa sint ex natura sua & suo genere peccata? Hoc si diceremus, sequentur illa absurdâ procul dubio pleraque omnia: negamus autem confidenter: & unum quodvis bonum opus, donum & opus DEI appellamus, qui operatur in nobis, qui sanctificat nos, & fidem nostram alius testatum facit. Unde & opera iustitiae, opera lucis, opera Spiritus, lux & arma iustitiae appellantur.

1681.

tur. Illud autem affirmamus ex Scriptura, nec ipse Bellarminus negare potest, defectum reperiri in operibus etiam optimis, saltem quod defectum istum peccatum esse negat. Sed hac de re, & de calumpnia Bellarmini, quasi opera bona peccata mortalia dicamus, ex natura sua, jam si pius audivimus, non est necesse, ut hæc crambe toties recoquatur.

C A P U T X.

An opera bona justificant?

XCII.

Tertium hoc fuit in quæstione secunda, juxta dispositio-
nem Bellarmini, quod hoc pacto ad dispensationem de impletio-
ne Legis pertinet: nam cum ex superioribus constet, hominem
perfectè implere Legem non posse, ex ipso sequitur, quod opera
Legis non justificant. Sed hic primum omnium tenendum est,
quomodo Bellarminus hanc propositionem intelligat. Cum er-
gò non ignoret esse clarissima Scripturæ dicta, quæ justificatio-
nem hominis coram Deo operibus derogent, de quibus suo lo-
co; distinguit ipse inter justificationem primam & secundam.
Illam tribuit non renatis, qui ex gratia Dei fiant ex injustis justi-
ficati, qui bonis operibus fiant justiores, De his postre-
mis ergò quæstio est: An homo-justus bonis operibus magis ju-
stificari, atque adeò justior fieri possit?

XCIII.

Antequam autem ad argumenta Bellarmini accedamus,
Sciendum primum est in genere, distinctionem illam inter justifi-
cationem primam & secundam nullam esse, quod his rationi-
bus doceri potest. 1. quia justificatio non recipit magis & mi-
nus. Neque enim est qualitas quædam in nobis, aut qualitatæ
alicujus infusio, sed absolutio peccatorum in judicio Dei, pro-
pter meritum Christi fide apprehensum: quæ eis æquè, & in eodem
gradu, contingit, qui non multum bonoru' operum habent, quam
cœteris, qui quamplurimorum sibi sunt consciæ. Absurdum itaque

G 2 est di-

est dicere, unum magis justificari quam alterum. 2. incrementum justitiae in renatis pertinet ad sanctificationem hominis, non ad articulum justificationis: Confundit ergo distinctio articulos fidei. 3. opera bona etiam à justificatis facta, sunt opera Legis, non enim placent Deo ἐθελοθεντια. Sed operibus Legis derogatur justificatione hominis; Rom. 3, 28. Ephes. 2, 9. & ratio manifesta est, quia operibus Legis tribuitur agnirio & accusatio peccatorum. Ergo absolutio à peccatis, seu justificatio, tribui eis non potest. Et ita tios argumentari docuit Apostolus Rom. 3, 20. Ex operibus Legis non justificabitur omnis caro, per Legem enim cognitio peccati. 4. Cum Paulus opera hominum à iustificatione nostra excludit Rom. 3, agit de operibus labi originali contaminatis, talia autem sunt etiam justificatorum opera. Ergo & illa à justificatione excluduntur. 5. Præterea cum exclusio sit operum à justificatione, simpliciter opera vocantur, non opera Legis, nec opera nondum justificatorum; ut ita nemini prouersus dubitandi ansa relinqueretur, ab omnibus simpliciter operibus justificationem exclusam esse. 6. Opera non præcedunt justificationem; sed sequuntur justificatum, inquit Augst. lib. de fide & bonis operibus cap. 14. Ergo non ex operibus esse potest justificatio, sive prima sive secunda appelletur. 7. Apostolus Paulus disertè scribit, iustitiam Dei nunc manifestatam esse, absque ulla distinctione, Rom. cap. 3: v. 21. unde colligimus, uiam & eandem esse rationem justificandi in omnibus hominibus tam adultis, quam infantibus, justificandis & jam justificatis. 8. denique Scriptura non tantum initium, sed & universum complementum iustificationis nostræ derogat operibus, & soli fidei in Christum adscribit Ephes 1, 5. 2. Tim. 1, 9. Act. 13, 39. Hebr. 12, 2. Ex quibus omnibus satis manifestum est, distinctionem istam inter justificationem primam & secundam frivolam & nullam esse. Unde quid de tota structura argumentorum Bellarmini sentiendum sit, facile judicari potest. Audiamus tamen singula.

XCIV.

Primum autem in cap. 18. prolixè disputat de loco Jacobi cap. 2. Abraham noster nonne ex operibus justificatus est, offerens filium suum super altare? Vides, quoniam fides cooperabatur operibus ejus, & ex operibus fides

1683.

fides consummata est? & impleta est scriptura dicens, Credidit Abraham
DEO, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus DEI appellatus est. Vi-
deis, quoniam ex operibus iustificatur homo; & non ex fide tantum? Similiter
autem & Razb meretrix nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios?
& alia via ejiciens?

XCV.

Ex his verbis probare vult Bellarminus, hominem operibus
bonis justorem fieri. Triā enim ait docere voluisse Apostolum
Jacobum, fidem veram ad salutem sine operibus non sufficere, &
fidelem qui benē operatur, in iustitia crescere; qui malē operatur,
iustitiam amittere, & fidem in eo mortuam, otiosamque manere.
Scripsisse enim Jacobum, ut & Petrum & Judam contra hæresim
tunc recens exortam eorum, qui dicebant, fidem sine operibus
ad salutem sufficere. Et hoc Augustinum affirmare ait lib. de fide &
operibus cap. 14, 2. Deinde ait, Jacobum agere de vera fide iustifi-
cante, quia dicit, hominem non ex fide tantum iustificari, &
fidem cooperari operibus. 3. Denique justificationem hic non
significare declarationem iustitiae, alias pugnare Jacobum cum
Paulo, cūm Jacobus dicat, hominem ex operibus iustificari,
Paulus autem ad Rom. 4. non ex operibus iustificari.

XCVI.

Responſ. 1. in genere. Epistola Jacobi antiquitus pro adul-
terina fuit habita, teste Eusebio lib. 2. cap. 23. & lib. 3. cap. 22. & cer-
tum est, eam non habere parem cum Epistolis Paulinis autorita-
tem: ideo à multis non idonea habetur, ex qua probentur arti-
culi fidei. Negari etiam non potest, duriora non nihil primā
fronte videri, quæ cap. 2. de fide & operibus disputantur; talia tamen
non sunt, quæ vel errorem Pontificiorum stabiliant, vel cum do-
ctrina Pauli conciliari non possint. Falsa enim sunt singula, quæ
Bellarminus de hac Epistola attulit. 1. Illud de scopo epistolæ: Non
enim agit Jacobus de fidē in judicio Dei consideratā, sed in judi-
cio hominum: seu de fidei professione, quam non sufficere, sed &
opera necessaria esse, verum est, sed non ad justificationem, ve-
rū ad probationem fidei & Christianismi nostri. Agit enim cum
Epicuræis, qui, cūm audirent, ex operibus non esse iustitiam aut
salutem hominum, opinabantur, ne quidem extra forum justifi-

cationis nostræ illa locum aliquem habere; quorum improbitatem compescere voluit Jacobus. Et hæc est sententia Augustini in prefat. Psal. 31. tom. 8. fol. 187. Iacobus volebat corrigere homines, qui male intellexerant Apostolum istum (Paulum.) Nam in epistola sua contra eos, qui nobilebant bene operari, de sola fide præsumentes, ipsius abrahæ opera commendavit, cuius Paulus fidem. Eodem modo in allegato cap. 14. lib. de fide & bonis operibus docet Augustinus, Iacobum agere aavversus eos, qui dicunt, faciamus mala, ut eveniant bona, quia ad obtainendam salutem solam fidem sufficere putant, ut bene vivere & bonis operibus viam Dei tenere negligant.

Talem enim fidem nihil prodesse ait, & nos cum ipso affirmamus, sed fidem illam, cuius opera ex dilectione procedunt, ut Augustinus ibi loquitur. Non autem sequitur, opera fidei conjuncta quoque ad salutem aliquid facere. Hanc enim consequentiam ipse Augustinus eodem in capite refutavit: Cum ergo dicit Apostolus, ait, arbitriar se justificari hominem per fidem sine operibus Legis, non hoc agit, ut præcepta ac professio fidei opera justitiae contemnatur, sed ut sciat se quisq; per fidem posse justificari, etiam si Legis opera non praecesserint. Sequuntur enim justificatum, non præcedunt justificandum.

XCVII,

2. Falsum est, quod Jacobus agat de fide justificante, quatenus coram DEO justificat, sed disputat contra umbram fidei, seu inanem fidei iactantiam, quod inde patet, quia agit contra eos, qui nobilebant bene operari, & fidei præsumptionem tantum habebant, ut Augustinus loquitur in prefat. Psal. 31. 2. agit contra talem fidem, quæ absque operibus mortua est, vers. 20. & de ea scribit v. 14. num potest haec fides eam servare? Ergo negat fidem mortuam servare posse, non autem docet opera fidei in salute hominum cooperari. 3. præterea contra illam fidem disputat, quæ etiam cadit in dæmones, sed tremorem in eis excitat vers. 19. Talis certè fides non est fides justificans, sed præsumptio fidei, qualis reputatur in Epicuræis, & securis hominibus.

XCVIII.

3. Hinc ad terrium Bellarmini pronunciatum facilis est responsio. Nam quod Jacobus h̄ic non de justificatione, sed declaratione justitiae agat, manifestum est ex cap. 2, 18. OSTENDE mibi fidem

1685.

fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam, &c
vers. 21. de Abraham dicitur, quod fuerit iustificatus per immolationem Isaaci. At vero Abraham jam pridem iustificatus fuit, cum
DEO credidit Gen. 12. & 15. Ergo agitur ibi de declaratione iustitiae Abra-
hamae, qua per immolationem Isaaci facta est. Collatio autem
Pauli & Apostoli satis concinna instituitur ab Augustino lib. 3. 83.
quest. quæst. 76. Paulus, inquit, loquitur de operibus antecedentibus
fidem, qualia sunt opera Legis, ex quibus nemo iustificatur: Jacobus vero de
operibus sequentibus fidem, qua iustificare dicuntur, quia iustitiam jam ac-
cipiunt declarant & exercunt. Quibus adde, quod Paulus agat de fide
viva, seu ea, quæ per opera bona est efficax; Jacobus vero de fide
mortua, seu quæ nullis operibus exercetur. Fides viva iustificat cor-
am DEO, & hæc est propositio Pauli: Fides mortua non iustificat, neq;
coram DEO, neq; coram hominibus, & hæc est propositio Jacobi.

XCIX.

Ex his facile responderi potest ad ea, quæ in Bellarmini ob-
jectionibus sequuntur: Ait ergo, Paulum loqui de justificatione
prima, quæ ex impiò sit justus, Jacobum de secunda, quæ ex justo
sit justior. Illa vero distinctio fundamento caret, & nulla est,
quemadmodum supra probavimus. Ergo relinquimus eam.

C.

Deinde probare cohaturs, Jacobum non intelligere declara-
tionem, sed incrementum iustitiae. 1. quia Jacobus dicit, fidem Abra-
hami cooperatam esse operibus ad eum iustificandum: nam ad iustitiam decla-
rationem cooperari non potest. Resp. Fides cooperabatur Abrahami
operibus, non in actu justificationis, sed in exercitio & declara-
tione iustitiae jam ante accepta. Nam, ut Thomas Aquinas lo-
cum Jacobi exponit, Fides, per quam ante justus erat, duxit eam ad op-
era, seu monstrabat opera DEO placentia, & finem; ad quem erant dirigen-
da. Hinc Pelerini Esavita bene scribit usq. i. in cap. 4. Rom. num. 4:
cuius, operans fides cooperatur, & docens quid agendum sit, & incitans
ad agendum, & moderans in agendo, & dirigens actionem in eam finem;
ad quem referri res oportet; & fulcens ac sustentans agentem, ne deficiat, &
ab agendo deficiat.

2. Quia



C.I.

2. Quia dicit Jacobus, hominem justificari operibus, non fide tantum. Resp. Fides dicitur justificare sola, in foro poli, coram Deo, ubi fidelis apprehensio meriti Christi ad justitiam sufficit: opera justificant in foro soli coram hominibus, quatenus justitia fiduci operibus bonis tanquam fructibus suis declaratur. Jacobus autem agit de justificatione coram hominibus, ut supra ostensum fuit: Ergo non potuit opera à fide abjungere.

C.II.

3. Quia Jacobus addit, fidem Abrahæ ex operibus consummatam esse. Id non potest alind significare, inquit Bellarminus, nisi justitiam inchoatam per fidem, accipisse incrementum & perfectionem per opera. Resp. Justitia, quæ coram Deo justi reputamur, non accipit incrementum, sed fides ibi sufficit: quæ quando foras progradientur ad homines, ibi sanè crescit per bona opera: illud vero non ad justificationem, sed sanctificationem hominis pertinet. Fit igitur hic confusio duorum articulorum, qui tanquam causa & effectus a se invicem distincti sunt. Sensus autem phraseos Apostolice est, ut Dionysius Chalabienensis, scriptor Pontificis explicat, quod magnitudo fidei, quâ tunc Abram credidit DEO, postmodum est approbata DEO, ac alijs declarata, per hoc, quod filium suum paratus fuit offerre. Tunc itaq; publice & quasi consummata innotuit, quod antea DEO & Abraham fere sola notum fuit, Abram nimurum tantum in DEVA fiduciam habuisse.

C.III.

4. Probat ex eo, quod dicitur, Rahab ex operibus justificata. Neg, enim declarari potuit iusta, inquit, cum esset meretrix. Resp. Sed opera meretricia, quæ ante adventum exploratorum exercuit, non potuerunt derogare ipsius justitiae, quam habuit per fidem in futurum Messiam, qui populo huic adventitio promissus erat. Hanc ergo justitiam postea operibus bonis declaravit hospitalitate nimurum & caritate, qua exploratores excepti. Idcirco epistola Hebr. ii, 31. de ea testatur, quod fidem habuerit, cum exciperet exploratores, idemque constat ex Confessione ejus Jof. 2, 11. Tunc autem, quando fidelis populo se adjunxit, meretrix esse desuit, aliasq; sanctioribus exercitus suam sibi conversionem cordi esse, ostendit.

1587.

dit. Meretrix ergo vocatur à Jacobo, non quòd talis tunc esset, sed quòd antea fuerit, sicut meretrices dieuntur, alios præcedere in regno Dei, *Matt. 21, 21.* cœci videre, claudi ambulare &c. *Luc. 11, v. 4.* qui nimiram tales antea fuerunt, & Christus ad leprosum ingressas dicitur, *Matt. 26, 6.* hoc est, qui antea leprosus fuit, ut habet *Lyra in cap. 2. Iosæ.* Non quidem desunt, qui Rahab tunc temporis adhuc cum exploratores ad eam diverterent, meretricem fuisse putant, & ejus sententia est quoque Bellarminus: sed quomodo potest locum hunc de secunda (quam vocat) justificatione exponere, si tum conversa id est, justificata planè non fuit? Nihil iraque probavit Bellarminus suis argumentis. Frustrà autem laboret ostendendo, Apostolum Paulum de tali justificatione loqui, quā ex impi sit justus. Id enim nemo nostrū negat: quia aliam justificationem non agnoscimus, quām quæ est impiorum, sine illo suorum meritorum interventu.

CIV.

Postremo loco questionem movet Bellarminus, quomodo & Paulus & Jacobus exemplo Abrahāmi utantur: *Credit̄ Abrahām D̄O, & hoc imputatum est illi ad justitiam,* & respondet ipse: *Vtrumq; Apostolum loqui de secunda justificatione Abrahāmi, quā ex iusta sit justior;* & hic prolixè conatur ostendere, Abrahāmum jam tum fuisse justificatum, cùm de eo dictum fuit, *Credit̄ Abrahām &c.* Paulum autem exemplo Abrahāmi *Rom. 4.* docere voluisse, Deum gratis justificare impium, hoc sensu: Si Abraham justus non est factus justior ex operibus sine fide, multò magis impius non poterit fieri justus ex operibus sine fide.

CV.

Sed non opus fuisset ista prolixitate. Neque enim negamus, utrumque Apostolum agere de justificatione Abrahāmi jam renati, cuius operā Paulus & quæ à justificatione excludit, ac non renati, quem vocat impium. Sed hoc in questione est, an uterque Apostolus eandem justificandi rationem intelligat? Et hoc est, quod negamus. Paulus enim agit de justitiâ coram D̄O, quæ sola fide sit; Jacobus vero de justitia coram hominibus, quæ operibus bonis declaratur. Utrumque exemplo Abrahāmi recte ostenditur. Nam & ille fide coram D̄O justus factus, & obedientiâ suâ

H

justus



justus coram hominibus declaratus est. Et hoc ipso facto Scripturam implevisse dicitur *vers.* 23. quia inde publicè constabat, quanta ejus fides fuerit, scripturamque non frustra dixisse, Abramum Deo promittenti impossibilia fidem habuisse. Quo pacto interpretatur istum locum *August.* *quest.* in *Gen.* *quest.* 58. & *Chrysostomus homil.* 47. in *Matthaeum.*

CAPUT XI.

De reliquis argumentis Bellarmini.

C VI.

Resp. ad cap. Alia Scripturæ dicta affert Bellarm: cap: 19. quibus probare vult, hominem justum bonis operibus justiorem fieri: quæ plera-
19. *Bellarmino.* que omnia una vel altera responsione expediri possunt. Primum
in libr. 4. de enim nonnulla dicta nihil aliud sunt quam exhortationes ad ma-
Institutio. turandam pœnitentiam, quæ nihil commune habent cum justitia
propriorum meritorum. Tale est illud *Syracidae cap.* 18, 22. ne verear-
ius usq; ad mortem justificari: in græco est, μη μείνεις, ne manecas vel
procrastines usque ad mortem absolutionem à peccatis petere.
Talia sunt sequentia dicta ex *Rom.* 6. exhibete membra vestra servire ju-
stitia in sanctificationem, 2. *Cor.* 7. emundemus nos ab omni inquinamento
carnis & spiritus perficientes sanctificationem in timore Domini &c.

C VII.

Nihil hic de justitia operum, sed de studio pœnitentiae sal-
tem agitur. Semper enim opus habemus illa adhortatione Apo-
stolica, reconciliemini Deo, 2. *Cor.* 5, 20. Deinde non negamus, ho-
minem justiorem, id est, Sanctiorem fieri, & in studio pietatis in-
crementa quotidiana facere posse. Hoc verò incrementum justi-
ciae & sanctitatis non ad justificationem coram Deo pertinet, sed
ad ejus affectum, sanctificationem videlicet. Tale est illud, quod
jubemus servire justitiae in sanctificationem, *Rom.* 6, 19. & perfice-
re sanctificationem in timore Domini, 2. *Cor.* 7, 1: quod Deus au-
gere dicitur incrementum frugum justitiae nostræ, 2. *Corinth.* 9, 10.
quod qui justus est, justificari adhuc jubetur, *Apost.* 22, 11.

C IX.

In quibus dictis agitur de studio novæ obedientiæ, in quo San-
cti

1589.

Et quotidiè crescere debent, cujusq; incrementum Deus largiri
vult rectè agentibus. Quod si postremum locum de justitia fidei
intelligere velis, intelligendus est, non de incremento justitiae, sed
de perseverantia in collato beneficio justificationis. Tunc autem
perseveramus in isto beneficio, quando quotidiè oramus, *Dimitte
nobis debita nostra.*

CIX.

Denique locus affertur ex Joh: 14. *Qui diligit me sermonem me=*
um servabit, & Pater meu dicit eum: in quo non notatur justitia au-
gmentum, sed veri cultores Dei describuntur, quales non sunt, qui
caritatem Dei ore jactitant, sed observantia mandatorum eam
declarant.

CAPUT XII.

De responsionibus Bellarmini ad dicta Scri- pturæ de imperfectione operum bonorum.

C X.

Nihil dicam hīc de corruptelâ Bellarminiana quā phrasin *Resp. ad cap.*
Lutheri, Omnia opera nostra sunt peccata, traducit. Sæpè hoc jam *20 Bellarm.*
monuimus, nec opus est crambe toties recocâ. Sufficit hoc mo-
nuisse, phrasin istam loqui de imperfectione bonorum opérum: :
ideo enim peccata vocantur, quia justus in bono opere peccat
mortaliter, ut declarat art: 36. Tom: 2. lat: ten: fol: 310. Illud autem
peccatum non est ex substantia boni operis, (hæc enim contradic-
toria sunt: Peccatum esse, & opus bonum esse) sed ex concipi-
scientia carnis, quæ omne bonum opus viciat. Pro hoc ergo the-
mate pugnamus argumentis Scripturæ, quod bona opera omnia
sunt imperfecta, seu peccato polluta: argumenta supra annotavi-
mus *diff. i. precedente qua est de Necessitate Bonorum operum ibi s. 76.*

CXI.

Ea, quæ Bellarminus hīc prōponit, pleraque sine certo auto-
re afferuntur, nec tamen eorum nos pudet: scimus enim eis id pro-
bari, quod nos intendimus. Primum ex Calvinio laudat locum
Psal. 32. Beati, quorum remissæ sunt iniuriantes, & quorum testa sunt pes-

H. 2

cata:

mitia: ex quo loco concludere ait Calvinum, totam vitam iustorum remissione indigere, quod non fieret, nisi in omnibus operibus peccatorum. Cui sententiae opponit Bellarminus dicta Scriptura, quibus opera hominum bona commendantur. Exempli gratia^b Psal. 1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. Psal. 119. Perambula am in innocentia cordis mei, non profonibam oculis meis rem iustam, non adhaesit mihi cor pravum.

CXII.

Respond. Si Calvinus existimat omnem actum hominis in se esse vitiosum, utique nos adstipulatores non habet, sed tam crassus haud dubie nemo est, quorsum enim spiritus sancti regimen in renatis? quorsum exhortationes ad studium novae obedientiae? quorsum encoria virtutum & rerum bene gestarum, in quam sententiam & nos dicta Scripturae magnō numero allegare possumus: sed enī bono? cūm nemo sit nisi plane à Iesu, qui hoc negarit. Verum hæc est sententia: quod omni vita nostra tempore peccatis polluti sumus, ac propterea perpetua remissione opus habeamus, quia fons & irritamentum malorum adhuc in nobis est. Quo sensu Augustinus scripsit hb. 21. de civit. Dei cap. 14. Tota vita mortalium pœna est, quia tota est tentatio. Et Bernh. vitam hominis quotidiana vocavit pœnitentiam. Ideo quotidie orant omnes Sancti, dimitte nobis debita nostra: quia precatio opus non est, si vita vel unius diei perfecta & immaculata est.

CXIII.

Deinde affertur à nostris Theologis locus ex Psal. 143. Non intras in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in consilio tuo omnis vivens. Qui locus non tam imperfectionem, quam inutilitatem bonorum operum in iudicio Dei probat. Bellarminus triplicem responsionem affert. 1. hominem justificari non posse ex his, quæ ex se habet: posse autem ex iis, quæ à DEO habet. Resp. Sed David cùm hæc oraret, renatus erat, non igitur agebat de operibus, quæ ex se habebat, sed de iis, quæ ex DEO erant, hoc est, non de operibus ex libertate virium suarum profectis, sed à Spiritu sancto excitatis. His simpliciter justificationem derogat, haud dubie nullam aliam ob causam, quam quod imperfectionem justitiae suæ agnoscit, & Deo justificanti impios justitiam suam obtrudere non audet. Et hoc sensu Augustinus scribit super illum Psalmum: Qui cum illo volunt.

volunt intrare in judicium, nisi qui ignorantes DEI iustitiam suam volunt
constituere? ubi DEI iustitiam vocat, non opera à Spiritu DEI profe-
cta, sed gratuitam: absolutionem à peccatis: nostram verò iusti-
tiam, non opera à nostris viribus profecta, sed iustitiam operibus
nostris innitentem. Quo sensu Paulus de Judæis etiam renatis &
Spiritu DEI aliquandiu ductis scribit: *Ignorantes iustitiam DEI, &*
suam querentes statueres, iustitiae DEI non sunt subjecti. Rom. 10, 3.

CXIV.

2. Ait Bellarminus ex Gregorio, Davidem agere de peccatis ve-
nialibus, sine quibus huc in vita esse non possumus: miseri enim operibus bonis
opera quædam mala: qua tametsi levia, & quotidiana sint, tamen in iudicio
DEI non iustitie puniri. Notetur itaque haec confessio Ballarmini:
unde sequitur; si talis est etiam hominis sancti iustitia, quæ poe-
nam iudicij divini ob adhærentia peccata mereatur, certè ipsa
quoque iustitia sanctorum est imperfecta. Rursus, si venialia pec-
cata iustitiae admista in iudicio DEI puniantur, certè non possunt
consistere in iudicio DEI; si non consistere possunt, utique non
non sunt levia nominanda (nisi respectu eorum, quæ violent conscientiam) nec præter Legem erunt; ut Bellarminus supra cap. 14.
voluit, sed contra Legem, & in sece pœnis digna. Et hoc ipsum est,
quod docemus, respectu peccatorum adhærentium, iustitiam ho-
minis contaminari, & ad sustinendum rigorem iudicij divini mi-
norem esse.

CXV.

3. Ait ex sententia Hilarii, Hieronymi, Arnobii, &c. *Senten-
tiam Psaltæ esse, hominem non posse iustificari, si comparetur ad DEVUM, non
quod in homine non sit iustitia vera, sed quia tanta est puritas & sublimitas
iustitiae DEI, ut omnia hominum & angelorum iustitia cum ea comparata in-
iustitia esse videatur. Sed Hieronymius super cap. 13. Ierem. hanc interpreta-
tionem hereticorum esse ait: Hac ebrietate (inquit) quæ oblitio scimus
præceptorum DEI, & vitijs atq[ue] peccatis impletur humana conditio, dicente Pro-
pheta: non iustificabitur in confiteitu tuo omnis vivens, non ad comparationem
DEI, ut veteres & novi heretici volunt, & patroni hereticorum, sed ad scien-
tiam ejus: bono enim videt in facie, DEVIS in corde, & quod nobis interdum
mundum videtur, illius oculis sordidum deprahenditur: Non ergo in com-
paratione, sed in scientia DEI, homo iustificari non potest ex ope-
ribus suis, qui semper in iudicio DEI pravus reperiatur, etiam si sibi*

H 3

aliisque

aliisq; rectus videatur. Deinde si maximè interpretationem illam admitteremus, nihil tamen faceret ad causam Bellarmini: neque enim inde colligere potest, justitiam hominis esse absoluè perfectam, quæ in judicio Dei consistere possit. Quia potius contrarium hinc sequitur. Si enim justitia hominum non potest conferri cum justitia Dei, utique non erit perfecta hominis justitia in ipso renovata. Est enim imago justitiae divinæ cum homine renato: jam verò quia talis homo rigorem judicij divini minimè sustinere, neque splendorem justitiae divinæ ferre potest, sequitur utique imaginem illam in homine imperfectam esse, perficiendam demum in altero seculo, ubi Deus erit omnia in omnibus, & justitia nostra primævæ illi, quam in paradiſo habuimus, undique conformis.

CXVI.

Tertiū pro nostra sententia producimus locum *Eccles. 7. Non est homo justus, qui faciat bonum & non peccet.* Quo loco nihil clarius est ad demonstrandam bonorum operum imperfectionem, adeò ut ne quidem Bellarminus multum contradicat. Nihil enim aliud dicit, quam docere Ecclesiasten, neminem esse tam justum, qui semper bonum faciat, omnes enim aliquando peccare. Id verò nos quoq; dicimus, & nequaquam in ea sumus sententia (quam Bellarminus Lutheri affingit) quasi homo justus peccet eo ipso, dum bonum facit. Scimus enim substantiam operis in se bonam esse, sed peccatum etiam homini sancto inhabitans, & quotidiani illi lapsus opera etiam optima contaminant, & imperfecta reddunt, ita ut in judicio Dei consistere non valeant.

CXVII.

Quartus locus est *Esaïæ cap. 64.* Facti sumus ut immundi omnes nos, & quasi pannus mulieris menstruatæ universa justitia nostra. Hunc locum ad rem non pertinere, ait Bellarminus, propter tres rationes: Prima est. Quoniam non loquitur *Elaïas de justis hominibus, sed de insignibus peccatoribus,* & quorum scelerata redenda erat civitas. & iouis populus in manu regis Babyloniae. Quodq; *Elaïas* in persona ejusmodi hominum loquatur, probare conatur i. exinde quod dicit Propheta: Ecce tu iratus es & peccavimus: Deus autem non irascitur justis, sed tegit peccata eorum. Ergo loquitur de impiis. Rsp. Ratio hæc nihil probat. Nam Deus irascitur peccatis, & odit illa ubique inveniat, & licet peccatoribus pœnitentiam agentibus.

169

tibus misereatur; ita ut peccata eis non imputentur, nec aeternis
penitentiis puniantur, tamen a communib[us] periculis, quae universum
populum involvunt, non sunt immunes. Id vero ne faciat
Dominus in iusta sua, Propheta suo & totius populi nomine depre-
catur.

CXVII.

2. Ex eo probare vult, quod dicitur: *Non est qui impigeret nomen tuum, non est qui consurgat, & teneat te.* At justi D[omi]n[u]m invocant. Ergo non
de justis, sed in persona impiorum loquitur Propheta. R[es]p. Est synecdoche Scripturar[um] usitatana itaque fieri solet, quando Sancti pro totius
populi delictis orant, ut & ea sibi per nos omnia faciant communia,
quorum tamen ipsi consci[entia] non sunt. Sic E[ze]chiel hic dicit, ne-
minem scribi & ex animi sententia in hisce calamitatibus ad D[omi]num
clamasse, ita ut oratione sua D[omi]num teneret, cum tamen ipse jam
clamarerit. Sic Dominus ipse conqueritur Ez:ch. 22,30. *Se quis visi-
se virum, qui interponeret seipsem, & staret oppositus pro terra, ne
dissiparet eam, sequi non invenisse talem:* & tamen praeter ceteris
Jeremias erat, qui ardenter pro populo precabatur, Ier. 7. & 11.
Ita Paulus non in persona impiorum loquens, nec ipse inter im-
pios numeratus, se tamen includit quoque iis, qui a Domino ju-
dicantur, eo quod scipios non dijudicayerint. Nam si nos metipos
dijudicaremus (inquit) non uig[il] judicaremur: dum iudicari autem a Do-
mino corrumpim[us] &c. 1. Cor. 11,31. & similia, exempla passim sunt ob-
via in Sacris, ubi validè absurdum esset dicere, semper in hujusmo-
di locis in persona eorum sermonem fieri, qui delictorum illo-
rum sunt complices. Alii de precibus publicis & solennibus in
templo verba haec intelligunt; quales tunc fieri non poterant,
cum templum esset exustum, ut v.ii. dicitur.

CXIX.

3. Objicit præterea Bellarmine, Esaiam opera Justorum per-
petuò laudare, & dicere, esse & Deo placita & accepta in odorem
suavitatis; ideo non potest eadem vocare fôrdes & pannum men-
struatum: hec n. a Deo in odorem suavitatis acceptari non possunt.
Hic vero ea repetenda sunt, quae supra diximus, quatenus videlicet
opera sanctorum Deo placeant, nimis partim quia legi Dei con-
formia; partim quia persona per Christum Deo reconciliata. Inde
vero non sequitur, operibus illis nullas prorsus adhærere fôrdes,
qua in se consideratae Deo displicant, sed in persona reconciliata
regun-

teguntur merito Christi. Nam Bellarminus ipse diffiteri non potest, reperiri in sanctis etiam peccata venialia, quae in judicio Dei non iustè puniantur, quemadmodum paulò ante in hoc capite dixerat, vide thes. 112. Nihil ergo probavit Bellarminus suis rationibus.

CXX.

Quod autem Esaias non in persona impiorum loquatur, sed nomine totius populi, ne quidem sanctis exclusis, id ex textu facili negorio ostendi potest. Primum enim negari non potest, esse has publicas preces Prophetæ, quas interponit pro toto populo instance publica calamitate; cui non saltem pacem & benedictionem a Deo impetrare vult; sed & ut impetreret rogat, peccata ejus serio confitetur, ad exemplū *Ezra c. 9 & Dan. c. 9*. Ergo fideles hic excludi nō possunt. Deinde agit de lacantibus & justitiam facientibus, v. 5. & mox addit: *Ecc tu iratus & nos peccavimus: non ergo potest justitiam facientes excludere: sed de his quoque dicit, & vel in primis, quod omnis ipsorum justitia in conspectu Domini sordida & sordata sit.* Præterea satis universaliter loquitur, *Omnes nos, universi, &c. & ne quis more Bellarminiano excipiat, dici haec per synecdochen saltem de omnibus impiis, mox semetipsum explicat Esaias, quod nimirum intelligat omnes qui sunt opera manum Dei, & quorum Deus pater est, v. 8. quibus sunt populus Dei, v. 9. à quibus certè fideles & sancti excludi nequeunt.*

CXXI.

Et hoc pacto intellexerunt hæc Prophetæ verba sancti Patres: *Origen. in cap. 6. Gal. Quis recte super castitate suâ gloriabitur, cum Propheta dicit: qui gloriabitur, se castum habere cor: vel super justitiam sua: cùm audiat Deum per Prophetam dicentem, quia omnis justitia vestra, sicut pannus mulieris menstruatae.* Et Bernhardus Homil. 5. de verbi Esiae: *Vidi Dominum sedentem &c. Nostra (inquit) si qua est humilia justitia, recta & forsitan, sed non pura: nisi forte meliores nos esse credimus, quam Patres nostros, qui non minus veraciter, quam humiliiter ajebant: omnes justitiae nostræ tanquam pannus menstruatae mulieris.* *Quomodo enim pura justitia, ubi adhuc non potest culpa deesse? Recta proinde interim videri potest justitia hominum, si tamen peccato non consentanea, ut non regnet in eorum mortali corpore.* Sic ergo primæ rationi satisfecimus, quæ ostendere voluit Bellarminus locum Esiae ad rem non pertinere.

Altera



CXXII.

Altera: Si maximè loquitur de omnibus, tamen non de omnibus pro omni tempore, sed solum pro eo, quo tradendi erant, propter summa ipsorum sceleria, in captivitatem Babyloniam: unde non sequitur, ergo omni tempore ipsorum opera erant mala. Respons: Sed quid hoc ad rem? Posito enim hæc ita habere, satis est, quod & piorum iusta opera accusantur, ut imperfecta. Facile enim largimur, piis non semper peccare, peccatum tamen habere, quo ipsorum justitia contaminatur, Scriptura testis est, adeò, ut mendacij arguat omnes eos, qui peccatum se habere negaverint, 1. Joh: 1,8. At enim certum est, Esaiam non saltem confiteri peccata illius temporis, quia ostendit peccata populi esse causam deportationis Babylonicae. Hanc verò causam etiam peccatis Patrum suorum tribuunt Prophetæ Domini, & notum hoc erat in populo Dei, ita ut proverbij loco dicerent: *Patres comedenter uiam acerbam, & dentes filiorum obfluperunt* Ier: 31,29. Ezech: 18,2. Constat igitur Esaiam Patres suos adeoq; populum totum omni tempore peccati reum agere.

CXXIII.

Tertia ratio Bellarmini hæc est: loquitur Esaias tantum de iis operibus, quæ homines justitias esse putabant, ut sacrificia & neomenia &c. quæ, quia sine non bono faciebant, nec sicut oportebat, merito panno menstruæ comparantur. Unde concludit, non agere Esa: jam de operibus justorum. Sed est hæc glossa contra textum, in quo universæ justitiae hominum accusantur. Neq; enim peccatis contra ceremonialem legem, sed maximè contra Decalogum, captiuitatem Babyloniam promeriti erant. Negari itaq; non potest, Prophetam omnia omnium hominum opera etiam optima accusare, ut imperfecta, & peccatis contaminata, ita ut in judicio Dei consistere non possint.

CXXIV.

Deniq; quod de Luthero additur: non equidem negamus Lutherum Tom: 3. Ien: lat: fol. 434. in Commentariis super hunc Prophetam paulò aliter hunc locum interpretati: *Propheta enim (ait) cum vider multos bonos viros in captiuitatem abduclos, ut faere Nhemias, Efras & alij, dolet, quod ob malorum impietatem justi homines diutius in captiuitate detineantur, quasi dicat, Abraham propter quinque iustos condonasse*

Sodo-

Sed etiam; hic plures boni sunt, & tamen tu perinde cum eis agis, ac si ipsi quoque
impiorum essent & immundi. Coguntur ferre penam impiorum; quamquam ipsi
sunt justi, perinde ac si ipsi quoque peccassent. Hæc Lutherus; Ubi ta-
men neque sermonem Prophetæ in persona impiorum factum
esse scribit, neque sententiam de imperfectione Justitiae humanæ
ex hoc loco confirmari posse abnuit. Ita enim scribit: *Hoc loco ali-*
quando usi sumus contra Iustitiam humanam: Bona quidem sententia est, sed
non propria hujus loci. Bonam igitur sententiam quam & ipse olim
amplexus erat in assertione art: 31. & qua sancti Patres usi sunt, non
damnavit, ut Bellarminus facit: Sed commodiorem saltem Pro-
phetici textus explicationem querit, quæ neque Pontificiis sus-
fragatur, neque nostræ sententiae quidquam officit. *Quæ de re cui-*
vis liberum sit judicium.

CXXXV.

Quintus locus, quo confirmatur imperfectione Justitiae nostræ
petitus à Luthero ex Oratione Dominica in assert: art: 2. Tom: 2. lat.
len: fol. 297. b. Sola Oratione Dominica, inquit, nonne omnes concludit sub pec-
catum, dum omnibus quantumlibet sanctis, mandat orare, sanctificetur no-
men tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua? Quid confiteritur, qui pe-
tit fieri voluntatem Dei, nisi sese nondum plenè facere voluntatem Dei, & per
hoc esse inobedientem Deo? Negat enim factus his verbis oratur: hic solum salvus,
qui agnoscit & deprecatur suam inobedientiam, ac in quantum orat ac agno-
scit, tantum facit voluntatem Dei, id est, in Spiritu, sed in carne, contra quam
sic orat, nondum facit. Ita qui petit sanctificari nomen Domini, nonne fate-
tur nomen Domini, adhuc in se pollui ex parte? Quoad dolens deprecatur &
impletur illud in eo, Rom: 7. *Quod nolo malum hoc facio, quod volo bonum*
non facio. Sic qui advenire regnum Dei petunt, certè servum diaboli se ex par-
te confiterunt, cum Apostolo dicens: video aliam legem in membris meis capti-
vantem me in legem peccati. Hæc Lutherus.

CXXXVI.

Ad quæ Bellarminus duo regerit: 1. non solum peti posse,
quod non habemus, sed etiam conservationem ac incrementum
eius quod habemus, 2. illud; fiat voluntas tua &c. ita posse in-
telligi, ut petamus conversionem infidelium, qui nomine terræ
intelligantur, & ut faciant voluntatem Dei rogantur, sicut fideles,
qui nomine cœli intelligantur.

137. Respi

Resp: ad 1. utrumq; petitur, & ut sanctificetur nomen Domini inter nos, & ut sanctificatio illa inter nos conservetur. Utrobius autem id, quod nondum habemus, petitur. Alias vel ratio docet, absurdum esse, illud petere, quod jam in manibus habemus. Recepit ergo Lutherus imperfectionem nostram docet exinde, quod sanctificationem nominis divini in nobis quotidiè petere jubeamus: si enim perfecta in nobis esset, petitione opus non esset. Ad 2. ineptum est dicere, pro conversione infidelium peti, quando rogatur, ut voluntas Domini fiat in terris. Nam indefinitè ab incolis terræ exigitur executio voluntatis divinae: Talis autem non sane saltem impij, sed & fideles multi, quibus Deus terram possidendum dedit. Hæc ergo est sententia petitionis: *Velit Deus clementer Spiritus Sancti gratia efficere, ut ab omnibus qui hanc terram incolunt, voluntati Dei tam perfecte satisfiat, ac ab Angelis in cœlo.* Talis angelica perfectione spiritali quidem Christianorum expetitur, sed in hac imbecillitate carnis speranda non est: interim tamen hisce precibus ad perfectionem contenditur. Et ita petitionem hanc exponit ipse Bellarminus, sui fere immemor lib: i. de bonis operibus in partic: cap. 6. ubi hanc vocat expositionem communem & plane literalem, ut per cœlum intelligatur cœlestis Hierusalem, seu Ecclesia triumphans, per terram Ecclesia, quæ militet & peregrinetur in terris, & ita exponere dicit omnes Patres. Cur ergo nobis novam aliquam expositionem hic excogitat? Sed hæc haec tenus.

Addit insuper Lutherus ex quinta petitione probationem imperfectæ nostræ iustitiae. Nam quotidiè petimus remissionem peccatorum: ergo quotidiana peccata in nobis quoq; agnoscenda sunt. Ait Bellarminus hanc petitionem non pro omni opere fieri, sed pro veniali saltem peccato quod est in Sanctis. Resp: Etiam nos hoc dicimus. Illa vero venialia peccata sunt in sece morte digna; & plesterentur etiâ æterna morte, nisi fieret remissio per Christum. Ea igitur quoties petitur, toties imperfectio nostræ agnoscitur etiâ ab invitis. Quorsum enim remissione peccatorum nobis opus esset, si perfectè justi essemus? Mirum autem est negare Bellarminum preces illas fieri pro concupiscentia, cum tamen non neget fieri

fieri pro peccato veniali? Quod enim Augustinus scribit, Non esse opus dicere, distante nobis debita nostra, pro contumescencia que est in nobis, nisi malibus ejus voluntate consentiamus: ad hoc supra respondimas; cap. 9. quia nimis ejus reatus in lavacro baptismi jam sublatus est. Cum vero materiale hujus peccati quotidie sentiamus in mortali nostro corpore, ideo petitione opus est, ne illud nobis imputetur. Et haec ad responses Bellarmini.

CAPUT XIII.

De Exceptionibus Bellarminianis ad dicta.

Patrum.

CXXIX.

resp. ad cap.

21. Bellarm.

Possemus hoc caput præterire: sed quia habet specimen egregium artificij Jesuitici, quo etiam ex sole meridiano facere possunt tenebras, quibus Patrum sententiae obscurent, sicuti in rem suam non faciunt, idcirco pauca addam: Primum; cum Cyprianus conqueritur hominem non posse in temptationibus Diaboli resistere singulis, nam si avaritia prostrata est, exsurgit ubido &c. ait ille, Cyprianum loqui de miseria hujus vitae, quae etia militia & tentatio est super hanc terram: ubi una temptatione deicta continua oritur alia &c. Sed obsecro te, num illæ temptationes Satanicæ non obsunt perfectioni hominum? Hoc si negat Bellarminus, negaverit etiam avaritiam aut libidinem peccatum esse. Contra haec ergo vitia cum decertatur, certe contra peccatum decertatur quod certamen justitiam illorum etiam qui vincunt, imperfectam reddit.

CXXX.

Deinde; labi in peccata Bellarmino justitiae perfectionem non impedit: & sic existimat, Peccata fateri, & nova quotidie peccata perpetrare cum persicata justitiae stare posse: quod οὐδέποτε credat Iudeus apella: nos Hieronymo fidem habemus, dicenti: tunc nos iustos esse, quando nos peccatores fatemur, iustos nimis, imputatione gratuita justitiae CHRISTI.

CXXXI.

Tertio; Cum Augustinus sanctè affirmit, plenissimam caritatem esse in nemine, quamdiu hic homo vivit, & si caritas minor est,

169.

est, quam esse debet, peccatum esse, id ita interpretatur Bellarini-
nus, quasi Augustinus imperfectionem illam, & defectum in nos
ratione concupiscentia largo modo peccatum, & vitium nomi-
ner, cum tamen non sit propriè peccatum. Verum cum B. Luther-
ius respondemus ex assert: art: 2. Non licet ulli Angelorum, nèdum
ipso hominibus verba Dei pro suo sensu interpretari, ut, quod
ille peccatum aperte vocat, illi defectum interpretentur. Apo-
stolus enim manifeste dicit, se captivum duti in legem peccati;
& concupiscentiam autoritate legis cognitam à se, peccatum,
quam iterum vocat peccatum in carne sua habitantem, Rom: 7.
Quomodo enim non verè erit peccatum, cum ad hoc, ut verè
peccatum esse probet, adducat legem prohibentem concupiscere,
& fateatur se concupiscere non posse, ac per hoc verè non de-
fectum tantum, sub peccato contra legem facere. Nam & ipsime
cogentur hoc peccatum dicere, quod contra legem sit, quo cunq;
modo. At defectus ille, quem extenuando peccatum sic vocant,
certè contra legem. Quod si hoc loco sic licet verbis Dei abuti, ut
peccatum non peccatum dicamus: quomodo resistemus neganti
in universum omnia peccata, in tota scriptura dicentib; quod
adulterium, homicidium, idolatria quoq; non sit peccatum,
sed defectus & pena peccati. Si ergo huic resisti debet, oportet,
ut peccatum simpliciter, præsertim ubi legis prohibitio adduci-
tur, cuius comparatione probetur, accipiatur pro vero peccato,
aut eludemus totius Scriptura autoritatem &c.

CXXXII.

Quarto; dictum Augustini, *Va etiam laudabili vite hominum si*
remota misericordia discusserū eam, ita eludi posse putat, quod dicit, Vi-
ta hominis laudabilem propter opera bona, egere misericordia in iudicio pro-
ppter venialia peccata. Et hoc est, quod nos volumus, indeq; conclu-
dimus; Vita laudabilis, quæ eget misericordia, non est perfectè ju-
sta: nam ubi locum habet misericordia, ibi aliquid remitteret justi-
tia. Talis autem est vita Sanctorum. Ergo. Manet itaq; locus Au-
gustini pro nostra sententia firmus.

CXLIII.

Quinto; cum Augustinus scribit; justitiam hominis hæc in vita perfectam nominari; ut ad ejus perfectionem pertineat etiā ipsius imperfectionis & in veritate agnitio, & in humilitate confessio; tunc responderet ille: *Augustinum justitiam imperfectam nominare tantum in comparatione ad justitiam beatæ vita: nusquam autem imperfectionem illam peccatum appellare, sed potius justitiam illam suo modo perfectam.* At vero nos etiam perfectiorem fore judicamus justitiam beatorum, quam est hac in vita; non tamen inde sequitur, quod hic perfecta sit, & legi Dei undiquaque congrua. Nam spuriam illam perfectionem, cui multa adhærent peccata venialia, & tamen aboluta esse dicitur, ignoramus. Quando autem Augustinus justitiam Sanctorum hæc in vita quodammodo perfectam nominat, id non nisi in comparatione facit ad alios homines, quemadmodum Noah dicitur perfectus in generationibus suis Gen: 9.

CXLIV.

Sexto; cum Gregorius scribit, *Omne virtutis meritum esse vitium, si ab interno arbitrio distractè judicatur,* ait ille: illud distractè judicari, idem esse, ac judicari ex his, quæ homo ex se habet, remotis donis gratiae Dei. Sed hoc falsissimum esse ex eo patet, quod Gregorius de Jobo loquitur, qui renatus erat & opera bona faciebat, non ex suis viribus, sed Spiritus Sancti gratia. De eo ergo dicit, quod, si illis operibus suis, quæ a Spiritu Sancto proficicebantur, aliquod virtutis meritum quereret, vitium incursum sit: Tales enim cum Deo contendere non possunt, nec in ejus iudicio ad momentum usq; consistere, Job testatur cap: 15.

CXLV.

Septimo; Quando Gregorius scribit, *Vitam Iustorum in examine Dei rigore succumbere;* negare id non potest Bellarminus, sed addit, *Iustos non ita succumbere;* at ad penas distinentur aeternas, sed quoniam penas aliquas saepe purgatoria temporariaq; minentur. Sed est hoc alia pars scripturae. Contrarium testatur Scriptura, quæ eos, qui in iudicio Dei succubuerunt, non in purgatorium, sed in aeternum ignem remisit, sicut scriptum est, qui non credit, jam iudicatus est Job: 3. & ad maledictos dicitur: *Ite in ignem aeternum, Math: 24. male dicti*

176

dicti autem sunt, qui non manferunt in omnibus, quæ scripta sunt
in lege Dei; 27. Sub hac maledictione etiam vita Justorum sic
cumbit, si accurato examine Dei executatur, quia non raro a lege
Dei exorbitavit.

CXLVI.

Octavo; quando Gregorius scribit, *Nos quanquam recte operi-
bus insudemus, veram tamen munditatem nequam apprehendere, sed imi-
tari*; dicit Bellarminus, *Gregorium per munditatem intelligere mundiciem
beatorum & Angelorum, cuius comparatione nostra mundities vera non esse vi-
deatur.* Sed Gregorius allegato loco de mundicie nostra non com-
paratè, sed absolutè loquitur, quod ex adjecta ratione, cur mun-
ditia nostra vera non sit, apparet, quia nimis pœna corruptio-
nis adstringimur. Hæc ergo facit munditatem nostram per se im-
mundam, juxta illud: *Quis dabit mundum de immundo conceptum semi-
no?* Job: 14. Et hanc ipsam ob caussam mundities nostræ ad mun-
ditiem Dei & beatorum conferri non potest, quia multis modis
corrupta, & per consequens in suo genere nequam perfecta.

CXLVII.

Nonò; cum idem Gregorius scribit, *Bona nostra opera non esse pura
bona, hoc ita intelligit Bellarminus, quod non omnia possint esse pura,
quia peccata venialia multo adhaereant.* Sed indefinitè loquitur Grego-
rius de bonis operibus: & supra ostensum, quod omnibus admista
sit concupiscentia prava in renatis omnibus residua. Notandum
autem est, quod facetur Bellarminus, peccata etiam venialia, si
non misericorditer remittantur, impedire ab ingressu illius regni,
in quod nihil coquinatum intrare potest. Quod si verum est, uti
est verissimum, falsum erit, quod alibi docent Romanenses, venia-
lia peccata natura sua esse talia. Aliud enim ex hac assertione con-
stat, peccata nempe fieri venialia propter remissionem gratuitam,
natura autem sua regno cœlorum excludere.

CXLIX.

Decimò; Ad dictum Bernhardi, locum Esaiæ, *Omnes justitie
nostra sunt tanquam pannus menstruata mulieris exponentis de imperfe-
ctione justitiae nostræ*, nescit Bellarminus quid respondeat. Air
enim

enim, Bernhardum, iustitiam rectam, id est quæ in peccatum letale non con-
sentiat, admittere, unde sequatur, bona opera non esse peccata mortalia. Sed
rectam iustitiam vocat Bernhardus, legi DEI consentaneam &
non pro libitu nostro factam: talem agnoscit in fidelibus: sed pu-
ram esse negat, hoc est omni labe carentem, hoc enim in hac cor-
ruptionē carnis nostræ impossibile est. *Quonodo enim pura iustitia,*
inquit, ubi non potest adhuc culpa deesse? Unde satis liquet, quæ mens
Bernhardi fuerit. Sed de his jam satis multa.

CXXXIX.

Ipse DOMINUS noster JESUS CHRISTUS, & Deus, &
Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam.
& spem bonam in gratia, exhortetur corda nostra, & confirmet in
omni opere & sermone bono, *i. Thessal. 2. 17.* nosque omnes ex hoc
regno gratiæ suæ tandem promoteat ad regnum gloriæ, *ubi, ut Au-*
gustin. lib. 1. Retract. cap. 16. loquitur, perfectissimè lex æterna serva-
bitur, & illa duo præcepta de diligendo Deo & proximo,
non in lectione, sed in ipsa perfecta &
sempiternâ dilectione
tenebimus.

F I N I S.

ERRATA.

Tb. 7. lin. 12. lege Decalogum NOBIS. tb. 35. lin. 10. vos. tb. 36.
l. 21. quam. tb. 38. l. 6. circumcidamini. tb. 68. l. 2. pro & l. 4.



INDEX DISPUTATIONUM

hoc volumine contentarum.

1. Disputationes tredecim pro aurolo Visitationis Missae libello. D. Baldumi.
2. Collegium 5.5. Trinitatis, in q̄ docecas Disputat. de mysterio Trinitatis eidem. p. 391.
3. De Anabemathismis. Baldumi. p. 671.
4. Disputationes 7. de Vera Christi Veritate. Jacobi Martinij. p. 735.
5. Disputatio Thal. de Contraſu Theologie Scotiniana cum Calviniana. D. Baldumi. p. 975.
6. Disputationes tria de Pana Vite. D. Baldumi. p. 1055.
7. Principia Theologia Fanatica. D. Nicolai Hünni. p. 1171.
8. De primario effodū & fine vita fidei seu de Jufificatione. D. Maiseni. p. 1231.
9. Questiones vexatae. Maiseni. p. 1331.
10. De Persona Christi. eidem. p. 1475.
11. De quodam thematebus ad locum de Cœna pertinentibus. D. Nicolai Hünni. p. 1495.
12. De indulgentijs Pontificijs. D. Francij. p. 1527.
13. De impletione legis. D. Baldumi. p. 1531.



ULB Halle
003 850 781




3

VJ 12

IA → OL







Farbkarte #13



B.I.G.

Black

DISPUTATIO ORDINARIA
De
IMPLETIONE
LEGIS

Opposita disputationi Bellarmini
de Veritate bonorum Operum, quam habet
lib. 4. de Justificatione à cap. 10.
usq; ad finem libri.

*Et publici exercitij gratiâ proposita in inclita
Academia Uttebergensi*

P R A E S I D E
F R I D E R I C O B A L D U I N O
Doctore, Professore & Superintendentē.

R E S P O N D E N T E

M. BALTHASARE FURMANNO
Wittebergensi, Collegij Philosophici
Adjuncto.

*Habebitur, volente Domino, add. 5. Novemb. horis
& loco solitis.*

WITTEBERGÆ,
Ex Officinâ Typographicâ Johannis Gormanni,
Anno M. D C. XIX.